ptione significant diuersas res. ergo inter ea mediat cõiunctio. Coniunctio eñi cõiungit diuersa. vt postea patebit. Dicit secũdo in diffinitione diuersoꝝ accidentiũ grãmaticaliũ. scilicet. ꝑsonarũ. generũ. ⁊c. In ista particula tangit quadruplex ꝯceptio. scilicet. personarũ. generũ. numeroꝝ ⁊ casuũ. Ratio aũt istius quare cõceptio solum fit penes ista quattuor accidentia. qꝛ ꝯceptio ex quo est figura ꝯstructionis aliqd incõgruitatis ⁊ vicij ꝯtinet. sed solũ penes ista accidentia quattuor causat viciũ. Penes enim variationẽ temporis nõ causat viciũ. ambe eñi sunt cõgrue. socrates currit. socrates curret. Similiter penes variationẽ modi nõ causat improprietas. vt hic vtinã legeres. si legeres. in ꝑma legeres est optatiui modi. in secũda cõiunctiui. Sic similiter dici potest de alijs accidentibus. Dicit tercio in diffinitione. diuersas vel tanq̃ diuersas res significantiũ. qꝛ ꝯstructibilia in conceptione aliquando significant omnino diuersas res. vt ego ⁊ tu damus. aliquando tanq̃ diuersas res. vt hic. ego ⁊ pater vnum sumus. Similiter hic. lapis ⁊ petra sunt albi. lapis ⁊ petra significãt eandẽ rem. nõ tamen eadẽ ratione. quia petra significat sub proprietate passiua. dicit enim petra quasi pedibus trita. sed lapis significat sub propritate actiua. Dicitur enim lapis quasi ledens pedem. Dicit quarto mediante cõiunctione vel aliquo ei equiualente. Per hoc etiam innuitur differentia inter appositionẽ ⁊ euocationẽ ⁊ conceptionem. vt superius declaratũ est. Dicitur vltimo respectu alicuꝰ verbi vel adiectiui. Per hoc innuitur diuersus modus conceptionis. Cõceptio enim personarum fit respectu verbi. sed generum respectu adiectiui.

Notandũ secũdo q̃ conceptio personarũ vt habet ex littera sic describitur. Conceptio personarũ est ꝯstructibiliũ diuersarũ personarũ. diuersas vel tanq̃ diuersas res significantiũ. respectu alicuius verbi conformantis se in persona cum dictione concipiente ⁊ nõ concepta. mediante coniunctione copulatiua vel aliquo ei equiualente. explicite vel implicite permissiua associatio. Cuius diffinitionis declaratio haberi potest sufficienter ex generali diffinitione conceptionis. Viciũ autem in conceptione personarum est disconuenientia partialis suppositi cum apposito in persona. Dictio eñi concepta disconuenit cum verbo in persona. Dicitur autem personaruꝫ a persona. quia in tali conceptione fit disconuenientia in persona. Ratio autem excusans est duplex. quedam generalis. Et est triplex de quo satis dictum est circa appositionem. Ratio autem excusans spe-

cialis est vt. vnus actus verbalis in specie significaretur inesse diuersis rebus ⁊ personis. vt ego ⁊ tu damus. vbi actus dandi significat inesse mihi ⁊ tibi. Dico notanter in specie. quia idem actus in numero nõ potest conuenire vel inesse pluribus. Dicit enim quarto phisicorũ q̃ idem nõ est in diuersis scdm numerũ. Ex littera autem Alexãandri eliciuntur quattuor regule de conceptione personarũ. Quarũ prima est ista. Dictio pronominalis prime persone apta nata est concipere dictionẽ pronominalẽ secunde persone ad reddẽdũ suppositum verbo. quod conformat se in persona cũ dictione concipiente et nõ concepta. vt ego ⁊ tu damus. Secunda regula. Dictio pronominalis prime persone apta nata est concipere dictionẽ nominalẽ tercie ꝑsone ad reddendum suppositum verbo. quod conformat se in persona cum dictione concipiente ⁊ non concepta. vt ego ⁊ frater rogamus. Tercia regula. Dictio pronominalis secunde persone apta nata ẽ cõcipere dictionẽ nominalẽ tercie persone ad reddendũ suppositũ verbo secunde persone. quod conformat se in persona cum dictione concipiente ⁊ nõ concepta. vt tu ⁊ frater rogatis. Quarta regula. Dictio nominalis tercie persone apta nata est concipere dictionẽ tercie persone ad reddendũ suppositũ verbũ quod cõformat se in persona tam cũ dictione cõcipiente q̃ cõcepta. vt dñs ⁊ seruus precant. Ratio regule quarte. ꝑma ⁊ secũda ꝑsona concipiunt terciã. qꝛ ꝑme et secũde ꝑsone significãt certe ⁊ determinate. qꝛ ꝑ modũ ꝑsentis ⁊ ꝑsentie. sed tercia persona significat incerte. modo om̃e incertũ debet limitari ⁊ finiri ꝑ certũ ⁊ finitũ. Et si diceret aliqs. tũc ex isto sequeretur q̃ ꝑma ꝑsona nõ ꝯciperet secũdã. qꝛ ambe significãt certe. Dicendũ. verũ est q̃ tam ꝑma q̃ scda significãt certe. tamẽ ꝑma adhuc certiꝰ significat q̃ scda. patet. qꝛ ꝑ ꝑsonã ꝑmã semꝑ significamꝰ rem sub actu ꝑsentie. Per ꝑsonã aũt secũdã possumꝰ significare nedũ ꝑsentẽ. sed etiã absentẽ. Possumꝰ eñi ꝑ hoc ꝓnomẽ tu demõstrare rem longe distantẽ. vt tu homo q̃ es rome. licet hoc nõ habeamꝰ in vsu. tamẽ nõ repugnat. Et sicut posite sunt regule quattuor de ꝯceptiõe ꝑsonarũ explicita. ita etiã possunt poni quattuor regule de ꝯceptiõe ꝑsonarũ implicita. Prima vbi dictio ꝑme ꝑsone implicite ꝯcipit scdam. vt ego cũ te currimꝰ. Secũda. vbi dictio ꝑme ꝑsone ꝯcipit dictionẽ tercie ꝑsone. vt ego cũ petro gaudemꝰ. Tercia. vbi dictio secũde ꝑsone ꝯcipit dictionẽ tercie ꝑsone. vt tu cũ petro gaudetis. Quarta. vbi vna dictio tercie persone concipit aliam. Vt. Petrus cum paulo regnant.

Notādū tercio ꝑ meliori intellectiōe regularū dictarū. Cōceptio ꝑsonarū est duplex. scilicet explicita ⁊ implicita. Explicita est. vbi tam dictio cōcipiens ꝙ dictio ꝯcepta exꝑmuntur sub eisdē casib⁹ mediāte ꝯiūctiōe copulatiua vel aliquo ei equiualēte. vt hic. ego ⁊ tu damus. Cōceptio ꝑsonarū implicita est vbi dictio concipiens ⁊ cōcepta nō sub eisdē casibus exꝑmunt. vel vbi dictio concipiens ⁊ cōcepta nō ambe expresse possunt. Exēplū ꝑmi. ego cū petro gaudemus. Exemplū secūdi. nos legimus. demōstrando me ⁊ te. que valet tm̄. ego cū te legimus. Hāc aūt diuisionē alij grāmatici exprimunt sub alijs verbis ⁊ dicunt. Conceptio ꝑsonarū est duplex. quedā directa ⁊ quedā indirecta. implicitā dicunt indirectā. explicitam autem directā. Sequit corrollarie ꝙ in cōceptione personaꝝ implicita vel indirecta quantū ad vocē ⁊ ꝑmū rectū nō semꝑ est incongruitas tamen quantū ad rectū secūdū ⁊ resolutionē bene est incongruitas. Patet corrollariū de ista. nos legimus. que scd̄m vocē est ꝯgrua. licet scd̄m resolutionē est incongrua. q̄a valet tm̄. ego ⁊ tu legimus. Sequitur corrollarie secūdo ꝙ conceptio ꝑsonarum implicita fit per p̄positionē associatiuā cū. ⁊ nō ꝑ illā ꝯiunctionē vel. Ratio. q̄a p̄positio associatiua cū equiualet ꝯiunctioni copulatiue ⁊ eā includit. Ut ista ego vado cū iohāne. valet tm̄. ego vado. ⁊ iohānes vadit. Sicut ergo ꝯceptio ꝑsonaꝝ explicite fit per cōiunctionē copulatiuā ⁊. ita et implicita ⁊ indirecta fit per prepositionē cū associatiuā. Ratio autē istius quare ꝯceptio personarū explicita nō fit per cōiunctionem vel sed per ⁊ est ista. q̄a in cōceptiōe personarū diuersa debent cōiungi respectu alicuius tercij. q̄bus diuersis vnus ⁊ idem actus verbalis fm̄ speciē significat inesse vt dictū est ante. sed ꝯiunctio disiunctiua vel hoc nō denotat. Cōiunctio eīn disiunctiua ꝯiungit dictiones. sed disiungit sensus. cū eīn dicit homo vel asinus currit. significat ꝙ homo currit. et asinus currit. modo in cōceptione personarū debet esse coniunctio ⁊ cōbinatio diuersarū dictionū ⁊ etiā sententiarū. vt homo vel asinus currit. Sed cōiunctio copulatiua cōiungit dictiones ⁊ sensus. vt iohannes ⁊ petrus currunt. sed in conceptione personarū debet esse coniunctio dictionū ⁊ sententiarū. Patet ergo quare conceptio personarū nō fit per coniunctionē disiunctiuā sicut fit per copulatiuam.

Notandū quarto ⁊ vltimo. Pro solutiōe cuiusdā dubij. Utrū inter tercias ꝑsonas fit ꝯceptio. Sciendū ꝙ cōceptio ꝑ-

De regimine nominatiui.

sonarū est duplex. scilicet violenta ⁊ naturalis. Violenta est in qua dictio cōcipiens ⁊ concepta sunt diuersarū personarū. Et dicit violēta similitudinarie. q̄a sicut illud violentat in natura qd̄ a ꝓpria natura ⁊ dispositiōe trahit. vt cū aqua calefit ꝑ ignē. Sic similiter in arte vna dictio violentat aliā. trahendo eā ad suā ꝑsonā. vt ego pauꝑ ludo. Cōceptio naturalis est quādo dictio cōcipiēs ⁊ ꝯcepta sunt eiusdē ꝑsone. vt. Dn̄s ⁊ seruus p̄cant. Et dicit naturalis. q̄a sicut vnum ens naturale ꝓportionatū alteri adiuuat alterū in actiōe suā. Sile eīn additū simili facit ip̄m magis tale. vt patet secūdo topicoꝝ. Sic similiter fit in ꝓposito ꝙ dictiōes earūdē ꝑsonarū faciūt ⁊ dicūt facere ꝯceptionē naturalē. Sequit corollarie ꝑmo ꝙ inter tercias personas nō fit cōceptio violenta. Ratio. q̄a inter tercias ꝑsonas nō est diuersitas ꝑsonarū. ⁊ ibi dictio ꝯcipiens ⁊ ꝯcepta sunt eiusdem ꝑsone. Sequit corrollarie secūdo ꝙ inter tercias ꝑsonas fit bene ꝯceptio naturalis. Ratio. q̄a inter tercias ꝑsonas est ydemptitas ꝑsone. qd̄ requiritur ad ꝯceptionē naturalē. vt deductū est. Sequit corrollarie tercio ꝙ alexāder nō ꝯtradicit sibyꝑi eo ꝙ dicit ꝑmo in littera. Cōcipit in ternis. ⁊ postea dicit. Neutraq; ꝯcipit. patet. q̄a ꝯtradictio debet fieri ad idem ⁊ in eodē sensu. vt patet ꝑmo periarmeniarū ⁊ ꝑmo elencoꝝ. modo alexāder in textu loquit ad diuersa. q̄a in vno loco loquit disputatiue cū dicit. Cōcipit in ternis. In alio v̄o loco cū dicit. Neutraq; cocipit alexāder loquit assertiue ⁊ scientifice. Vel possum⁹ dicere ꝙ inter tercias ꝑsonas fit ꝯceptio cōmuniter dicta. sed nō ꝓprie dicta. Sequit corrollarie quarto ꝙ ꝯceptio dicit ꝑsonaꝝ nō vt persona accipit ꝑ re significata ꝑ ꝑsonā grammaticalē. q̄a grāmatic⁹ non ꝯsiderat de reb⁹. sed debet capi ꝑsona ꝓ accidēte. qd̄ est ꝑsona. Istis notabilibus sic stantibus est conclusio responsalis.

Cōclusio. Cōceptiōis in genere diuisio. ⁊ cōceptionis ꝑsonarū diffinitio ex littera alexandri est sufficienter assignata. Patet conclusio ex notabilibus.

¶ Arguit ꝑmo. Diuisio ꝯceptiōis in generū. numeroꝝ ⁊ personarū nō est sufficiēter assignata. ꝓbat. q̄a aliqua est ꝯceptio casuū vt ostēdit iohānes ianuensis in catholicon. ergo alexāder est insufficiēs. Dico. licet alexāder nō ponit ꝯceptionē casuū expresse. tamē ponit eam implicite. q̄a cōprehendit eā sub ꝯceptione generū ⁊ personarum. vt postea patebit.

¶ Arguit secūdo. Littera alexādri est suꝑflua. ꝓbat. q̄a Alexander hic enumerat ꝯceptionē numeroꝝ. quā postea nō exequit. videt ergo

q̄ littera alexandri sit superflua. Dico licet alexāder nō determinat de cōceptione numerorū explicite. tamē implicite eaȝ comprehendit sub conceptione generū ꝛ personarū. vt patebit.

¶ Arguit᷑ tercio. Prima psona nō ɔcipit secūdā. igit᷑ regula falsa. pbat᷑ antecedēs. certū ɔcipit incertū. sed tam pͥma psona q̄ȝ secūda significāt certe. igit᷑ pͥma nō ɔcipit secūdā. Maior est nota ex notabili scd̄o. Minor est nota. q̄a tercia psona significat incerte. pͥma aūt ꝛ secūda significant certe. Dico verū argumentū ɔcludit q̄ pͥma ꝛ secūda psona scd̄m se ɔsiderate certe significāt. tamē pͥma psona cōparata ad secūdā certior est q̄ȝ secūda. Patet. q̄a p pͥmā psonā solū significamus rem p̄sentē. sed p scd̄am etiā possumus significare rem absentem. vt tu deus qui es in celis.

¶ Arguitur quarto. Prima psona nō ɔcipit scd̄am. igit᷑. pbat᷑. q̄a sequitur bene. nulla tercia psona concipit secūdā. oīs pͥma psona concipit secūdā. igit᷑ pͥma psona nō ɔcipit secūdā. Tenet ɔsequētia in celarent. Dico q̄ argumentū nō valet. q̄a plus est p̄dicatū minoris q̄ȝ subiectū distributiuū maioris. q̄a p̄dicatū minoris. hoc est totū concipiens terciā personā subiectū in maiori est hoc solū tercie persone.

¶ Arguit᷑ q̄nto. Cōstructibilia in ɔceptione psonarū nō significant diuersa. ergo nō diffinitio ɔceptiōis psonarum nō valet. pbat᷑ in ista oratiōe. ego ꝛ pater vnū sumus. hic est ɔceptio psonarū. q̄a pͥma concipit terciam personam. ꝛ tamē constructibilia illa significant idem. q̄a pater ꝛ filius in diuinis dicūt eandē essentiā. Dico verū argumētū ɔcludit q̄ in ista oratiōe. ego ꝛ pater vnū sumus ɔstructibilia non significāt vere diuersa. tamen significant tanq̄ȝ diuersa. pater ergo ꝛ filius in diuinis significant tm̄ idem essentialiter. differunt tamen psonaliter.

¶ Arguitur sexto. Cōceptio psonarū est oratio simpliciter congrua. Probat᷑ de ista. nos legimus. quia est oratio conceptoria. quia valet tantū. ego ꝛ tu legimus. vt patet per resolutionē. tamen ista est simpliciter congrua. nos legimus. Probat᷑. q̄a suppositū scilicet nos ꝛ appositū scilicet legimus cōueniunt in numero. in persona. ꝛ in rectitudine casus. modo illa sufficiunt ad congruitatē orationis suppositorialis. Dico q̄ ista. nos legimus quo ad vocē est congrua. tamē quo ad resolutionē tm̄ est incongrua. Et isto modo bene est oratio ɔceptoria. vt dictū est in notabili tercio.

¶ Arguitur septimo. Idem ꝛ vnus actus verbalis nō potest esse in diuersis rebus, igitur ratio excusans conceptionē personarū nō est

bene posita. Probat᷑ antecedens. quia dicitur quarto phisicorū. idem nō est in diuersis. Et septimo methaphisice dicit᷑ q̄ accidens non migrat de subiecto in subiectū. quod contingeret si idem actus verbalis inesset diuersis rebus. Dico verū argumentū concludit q̄ idem actus in specie potest esse in diuersis. ꝛ hoc etiam volunt autores p̄allegati.

¶ Arguitur octauo. Alexander contradicit sibiipsi. ergo processus eius nō valet. Probatur antecedens. quia in primis dixit q̄ inter tercias personas fit conceptio. ꝛ postea dixit q̄ inter tercias personas nō fit conceptio. modo dicere conceptionem fieri inter tercias personas ꝛ nō fieri est contradictio. Dico verū argumentum ɔcluderet q̄ alexander contradiceret sibiipsi si hoc fieret ad idem. modo hoc non fit ad idem. quia cum dicit. Concipit in ternis que primo locatur in illis. loquitur opinatiue ꝛ scd̄m sententias aliorum. Sed postea cum dicit. Neutraq̄ȝ concipitur ꝛc. loquitur assertiue ꝛ scd̄m veritatem.

De dubiosa opinione ipsius vocatiui.

Sed non per quintum fiet conceptio casum
Si quintus desit: tu petre tuiq̄ȝ rogate
Cū q̄ȝ tuis socijs orate sacer dyonisi
Inter personas non fit conceptio ternas
Sed per et aut per cum conceptio fiet earum
Neutraq̄ȝ concipitur. dominus seruusq̄ȝ precantur
Petrus cum paulo regnant cum rege superno
Pluribus est tanq̄ȝ sententia certa q̄ inter
Personas possit fieri conceptio ternas.

¶ Utrum vocatiuus reddens verbo suppositum facere habeat conceptionem personarum. Pro intellectione questionis mote.

Notādū est ꝑmo ꝙ questio hec duo querit. Primo querit vtrū vocatiuꝰ reddit suppositū. Scdo querit vtrū ꝑ vocatiuū habeat fieri ꝯceptio ꝑsonaꝝ. Sciēdū ꝙ secūde partis questiōis veritas ꝑmā partē questionis ꝑsupponit. Si eñ tenere volumꝰ vocatiuū reddere verbo suppositū. planū erit ꝙ ꝑ eū fit ꝯceptio Si aūt vocatiuū dicemus verbo nō reddere suppositū. necessario habebimꝰ dicere ꝑ vocatiuū nō posse fieri ꝯceptionē ꝑsonaꝝ. De isto ergo vtrum vocatiuꝰ reddat verbo suppositū apud grāmaticos magna est disceptatio. q̄dā eñ vt cōmunes grāmatici dicūt vocatiuū reddere v̄bo suppositū. quoꝝ ratiōes ponent in argumentis. Volūt tamen hoc ꝑcipue auctoritate ꝑsciani ꝑmo minoris deducere. Ntūs ꝛ vtūs absoluti sunt. id est intransitiue ꝯstruunt. quare volunt ꝯcludere. ꝙ sicut ntūs reddit verbo suppositū. sic ꝛ vtūs. Alij aūt grāmatici antiqui ꝛ oēs modiste dicūt ꝙ vtūs nō reddit suppositū verbo ꝑsonali. ꝛ de sententia istā est iohānes ianuēsis in catholicon. Florista cum dicit. Accipias q̄ntū quēlibet esse solutū. Et nō dicat ꝙ ab vlla partē regatur. Rationes huius positionis patebunt circa ꝯclusionē. Quia tamen he positiōes extreme sunt. inter eas aliqui volunt ponere mediū

Pro quo notādū secūdo ꝙ scdm intentionē Floriste duplex est suppositū. quoddā est suppositū actuale. aliud est suppositū potentiale. Actuale est qd directe ꝛ ratiōe sui reddit suppositū verbo. ꝛ tale est ntūs. Aliud aūt est suppositū potentiale. qd scilicet ratiōe sui nō reddit suppositū. sed in ordine ad aliud. ꝛ hoc modo vtūs dicit suppositū potentiale. Vocatiuꝰ eñ ꝑ se nō reddit suppositū nisi ꝑ suū ntm. Corrollarie sequit ꝙ hec est distinguenda. vtūs reddit suppositū. q̄a si intelligit de supposito actuali sic est falsa. si aūt de potentiali est vera. Et si aliq̄s obijceret. Si vtūs est suppositū potentiale erit ergo suppositū actuale. Tenet ꝯsequētia. q̄a dicit ꝑmo celi. Frustra est potentia que nō reducit ad actū vt patet ꝑmo celi. Si ergo vtūs est suppositū potentiale. erit aliquādo actuale. Dicendum ꝙ oīs potētia debet reduci ad actū in se vel in alio. ꝛ sic licet potētia reddendi suppositū nō reducit ad actū in vocatiuo. sufficit tamen ꝙ hoc fiat in ntō. Vtrū aūt hec distinctio suppositi veritatē habeat inferius patebit.

Notādū tercio ꝙ de materia ꝑsentis questionis ꝑcipue partis secūde vtrū ꝑ vocatiuū fieri habeat ꝯceptio ꝑsonarum apud grāmaticos. tres inueniunt positiōes. Primi eñ dicūt ꝙ ꝑ vocatiuū potest fieri cōceptio. ꝛ ꝓbant sic. Oīs vtūs est secūde ꝑsone Sed scda ꝑsona potest ꝯcipere terciā. igit ꝑ vocatiuū potest fieri cōceptio ꝑsonaꝝ. Scdo ꝓbant sic. Persona plus finita ꝛ certa potest cōcipere ꝑsonā minus finitā ꝛ certā. sed oīs ꝑsona secūda est plus finita q̄ tercia. vt ꝓbatū est superius. sed oīs vtūs est secūde ꝑsone ergo ꝑ vocatiuū potest fieri ꝯceptio ꝑsonaꝝ. Tercio arguūt sic. Ista admittit. Petre cū tuo socio venite. Item ista. Petre ꝛ heinricus venite etiā concedit. ꝛ nō alio modo nisi ꝑ conceptionē. Cōcluditur ergo ꝙ per vocatiuū potest fieri ꝯceptio. Quarto ꝓbant sic. Nō videtur maior ratio de vno vocatiuo quare faciat cōceptionē q̄ de alio Cōcludit ergo ꝙ ꝑ vocatiuū fit ꝯceptio. Vltimo ꝓbant sic ꝙ alexander exemplificauit de vocatiuo. frustra aūt hoc fecisset si ꝑ ipm non fieret ꝯceptio. Scda est positio grāmaticoꝝ. qui simpliciter dicunt. ꝙ per vocatiuū nō fit ꝯceptio. ꝛ probant sic. In cōceptione personaꝝ dictio ꝯcipiens debet reddere suppositum verbo. sed vtūs nō potest reddere suppositū verbo. ergo ꝑ vocatiuū nō potest fieri conceptio ꝑsonarū. Tercia positio grāmaticoꝝ dicit ꝙ aliquādo ꝑ vocatiuū potest fieri ꝯceptio ꝑsonarū ꝛ aliquādo nō. qd sic declarat. q̄a vtūs potest ꝯcipere aliquā terciā ꝑsonā. sed nō qualibet. q̄a potest cōcipe terciā ꝑsonā ꝓnois deriuatiui. qd deriuat a scda ꝑsona ꝓnois primitiui. vt dicendo. Petre ꝛ tui socij orate. In qua oratiōe est ꝯceptio. vocatiuus eñ q̄a est scde ꝑsone maiorē habet ꝯueniētiā ꝛ ꝯformitatem cū ꝑ ꝓnoie deriuatiuo tercie ꝑsone includēte scdam ꝑsonā sui ꝑmitiui ratiōe cuiꝰ ꝯformitatis grāmatici admittūt ꝙ ꝑ vtm potest ꝯcipe talis tercia ꝑsona. sed generaliter nō oīs. q̄a nō quelibet tercia ꝑsona descendit a scda. ꝛ isti dicunt hoc esse de intētiōe alexādri cū dicit ꝑ vocatiuū nō fit ꝯceptio. si q̄ntꝰ desit. id est nō ordinat cū tercia ꝑsona sibi ꝯformi. sed si ordinat cū tercia ꝑsona sibi ꝯformi tūc ꝑ ipm fit ꝯceptio. Quāuis aūt oēs iste tres positiōes aliq̄d apparētie habeāt. secūda tamē verior. ē ac dictis grāmaticoꝝ autenticoꝝ plus cōformis. que dicit ꝙ ꝑ vocatiuū nō fit ꝯceptio. tota eñ materia fundat sup hoc si vocatiuꝰ reddit suppositū. vt aūt ꝓbabit ꝙ vocatiuus nullo modo reddit suppositū ꝛ ergo ꝑ ipm nullo modo fit conceptio. Ad ratiōes ergo ꝑme positiōis dicēdū ad ꝑmā ꝙ scda ꝑsona potest ꝯcipere terciā. sed nō oīs scda ꝑsona. q̄a scda ꝑsona admixta vocatione nō potest ꝯcipere terciā. ꝛ illa impedit ratiōe vocatiōis ne possit reddere suppositū verbo ꝛ ergo nō potest ꝯcipere. Ad scdam dicēdū ꝙ ꝑsona certa ꝛ finita potest ꝯcipere incertā ꝛ infinitā verum est

de illa secūda psona, cui nō est admixta vocatio. Ad terciā est dicēdū
q ista. Petre ⁊ tui socij rogate admittit̃ ratiōe illius nri tu subintel-
lecti. q̄ vtūs faciliter intelligit̃ ratiōe illi⁹ in suo deriuatiuo. ⁊ ideo nō
oportet vt exprimat̃. ⁊ ergo ista. petre ⁊ tui socij venite maiorē ap-
parentiā habet q̄ʒ ista. petre ⁊ iohānes venite. Ad quartā dicendū
q alexāder exēplificat de vocatiuo nō ideo q p vtm̄ fieret ɔceptio.
sed ideo q in aliqua oratiōe in qua ponit̃ vtūs si sibi intelligit̃ ntūs ad
mittit̃ p ɔceptionē vt declaratū est: ⁊ per hoc etiā soluit̃ argumentū
⁊ modus loquendi tercie opinionis. Tercius itaqʒ modus loquendi
magis est pro secunda opinione q̄ʒ prime.

Notandū q̄rto ⁊ vltimo q scđm istas tres opinio
nes grāmaticoꝝ etiā littera alexādri tripliciter intelligitur. ⁊ hec cō
iunctio si tripliciter tenet̃. Primi em̄ q̄ dicūt q p vocatiuū fit ɔceptio
tenēt illā cōiunctionē si negatiue. ⁊ volunt. Si q̄ntus desit. id est vo
catiu⁹ nō deest a redditiōe suppositi. nec etiā deest a ɔceptiōe psona
rū. Alij aūt q̄ dicūt q p vocatiuū nō fit ɔceptio dicūt q illa cōiūctio
si debet teneri affirmatiue. ⁊ dicūt q littera debet sic intelligi. Si q̄n
tus desit. id est q̄a ita est q vtūs nō reddit suppositū. ergo p ipm̄ non
fit ɔceptio. Illi aūt de tercia opinione q̄ dicūt q aliquādo p vocati
uū fit cōceptio ⁊ aliquādo nō dicūt q si debet teneri dubitatiue. ⁊ ita
dicūt alexādrū voluisse. si ita est q vtūs nō reddit suppositū tunc p
ipm̄ nō fit ɔceptio. si aūt ita est q vtūs reddit suppositū tūc p ipm̄ fit
cōceptio. Quare aūt alexāder hāc difficultatē nō expresse determi-
nauit. Ratio est ista. q̄a tpe alexādri de redditiōe suppositi ipi⁹ voca
tiui fuit magna cōtrouersia ⁊ diuersitas. Alexāder aūt ad nullā par
tē volēs declinare hāc difficultatē nō determinauit. iuxta em̄ Sene
ce sentētiā. In dubijs nō diffinias. sed suspēsam tene sententiam. Istis
notabilibus sic stantibus cōclusio scđm veritatē locanda sit ista.

Cōclusio p̄ma. Vocatiu⁹ nō reddit verbo psonali
suppositū. Veritas hui⁹ cōclusiōis est de mēte omniū antiquoꝝ grā
maticoꝝ ⁊ modistarū q̄ de modis significādi cōstructibiliū loquūt̃.
qui modi significādi sunt p̄ncipia cōgruitatis. regiminis ⁊ cōstructi
onis. vt patet rationibus. Prima ratio. Illud qđ debet reddere sup-
positum verbo personali debet significare in ratione principij. Sed
vocatiuus nō significat in ratione principij. igit̃ vocatiu⁹ non reddit
suppositū verbo personali. Maior. q̄a supoositum debet significare
rem vnde egredit̃ actus verbi. actus em̄ verbi est accidens. supposi

De regimine nominatiui.

tū aūt significat substātiā. modo substātia est causa ⁊ p̄ncipiū essen
di accidentis. Dicitur em̄ septimo methaphisice. Substātia est pri-
or accidente natura. tēpore ⁊ diffinitiōe. Et scđo phisicoꝝ dicit̃. Ma
teria cū forma est causa omniū accidētiū in cōposito. Minor patet.
q̄a vocatiu⁹ significat in ratiōe finis ⁊ termini. vt patet ex ei⁹ modo si
gnificandi. In re em̄ significata p vocatiuū terminat̃ excitatio vel
actus excitationis significatus per aduerbium. vt dicendo. o petre.
Actus em̄ excitationis est accidens. accidēs aūt requirit esse in sub-
iecto. modo vocatiuus significat rem in qua terminat̃ ista excitatio.
Probatur scđo veritas cōclusionis. Sicut est in natura. sic debet es-
se in arte. quia ars imitatur naturā scđo phisicoꝝ. sed in natura ē ita
q omne ens habet aliquod propriū. ergo etiam nominatiuus in ar
te debet habere aliqđ ꝓpriū. ꝓpriū aūt nominatiui est esse supposi
tū directū respectu vbi personalis. ergo hoc nō potest cōuenire vo
catiuo. q̄a ꝓpria passio solū cōuenit vni speciei. vt ostendit porphiri
us in ysagogis suis. Probat̃ tercio veritas ɔclusionis. Omne cōstru
ctibile quod reddit suppositum verbo est rectus. sed vtūs nō est re
ctus. igit̃. Maior est nota. Minor patet. q̄a rec⁹ regitur a parte post
a verbo ex vi nature. sed vocatiuus nō potest regi a parte post ex vi
nature. patet. quia ista est incōgrua. Petre sis iuste. vt probatum est
ante. Probatur quarto. Illud quod reddit suppositū debet significa
re suū significatū absolute. sine cōnotatione aliqua. sed vocatiuus nō
significat significatū suū absolute ⁊ simpliciter. ergo vocatiuus non
reddit suppositū verbo. Maior est nota. ⁊ patet ex autoribus modo
rū significandi. Suppositū em̄ significat absolute. Minor. quia vo-
catiuus vltra significatū nominatiui importat terminū excitatiōis.
Vocatiuus em̄ significat rem excitatā vt deductū est superius. Pro
batur q̄nto ⁊ vltimo. Quia ad omne suppositū debet fieri relatio. sed
ad vocatiuū nō potest fieri relatio. ergo vocatiu⁹ nō potest reddere
suppositū verbo personali. Maior patet inductiue de singulis. vt i
exemplo. Johānes scribit ⁊ iste legit. Sed minor pbat̃ p p̄scianū di
cētē. q ad certos casus potest fieri relatio. ad vtm̄ minime. Etiā pro
bat̃ minor p floristā q̄ dicit. Nō fit p q̄ntū directa relatio casum.

Cōclusio secūda. Per vocatiuū casum nō potest fie
ri cōceptio personarū. Probat̃. In omi cōceptione psonarū dictio cō
cipiēs debet supponere verbo. sed vocatiuus nō potest esse supposi-
tum. igitur per vocatiuū nō potest fieri cōceptio. Maior est nota et
patet inductiue. Minor patet ex conclusione prima.

¶ Arguit̄ ṗmo. Uocatiuus reddit suppositū verbo ꝑsonali. igit̄ conclusio ṗma falsa. ꝓbat̄ antecedens. Ntūs ꝛ vtūs sunt casus simil'es in ↄstruendo. sed ntūs a parte ante cōstructus reddit suppositū. ergo etiā vocatiuus. Maior est ꝑsciani ṗmo minoris. Ntūs ꝛ vocatiuus absoluti sunt. id est intransitiue ↄstruunt̄. Dico verū argumentū cōcludit ꝙ ntūs ꝛ vocatiuus sunt casus similes in ↄstruendo. sed nō sequit̄ ꝙ ergo in supponendo. qa ntūs significat in ratōe principij. sed vocatiu⁹ in ratione termini. etiā ista ↄsequētia nō valet. hoc ↄstruit̄ cū isto ergo regit̄ ab isto. qa multa ↄstruunt̄ simul qu oꝝ tamē vnum nō regit̄ ab alio. vt adiectiuū ↄstruit̄ cū substātiuo. tamē adiectiuum nō regit substātiuū. etiā arguit̄ a superiori ad inferi⁹ affirmatiue sine distributione. que ↄsequentia nō valet. ↄstructio em̄ est superius ad regimen. vbicūqꝫ enim est regimen ibi est ↄstructio. sed non econtra.

¶ Arguit̄ scḋo. Utūs reddit suppositū verbo ꝑsonali. ꝓbat̄. qa vocatiuus est suppositū. igit̄. Probat̄. qa sequit̄ bene. vtūs est suppositū potentiale. igit̄ vtūs est suppositū. Tenet ↄsequētia ab inferiori ad superius. Antecedēs patuit ex notabili secūdo. ꝛ est scientia floriste. Dico ꝙ hec ↄsequētia nō valet. qa nō arguit̄ ab inferiori ad superi⁹ sed a dicto scḋm qd ad dictū simpliciter. que ↄsequentia nō valet. vnde in illis nō sequit̄. Lignū est ignis in potētia. ergo lignū est ignis.

¶ Arguit̄ tercio. Utūs etiā est suppositū actuale. ꝓbat̄ sic. Omis potētia debet reduci ad actū si nō est frustra. sed vtūs est suppositū potentiale. ergo aliquādo erit suppositū actuale. Maior est aristotelis ṗmo celi. Minor patet ex dictis. Dico ꝙ omīs potētia debet reduci ad actū in se vel in alio. ꝛ sic redditio suppositi licet nō ducit̄ in actū vel ad actū in vtō: sufficit tamē ꝙ i ntō. vt declaratū est superi⁹

¶ Arguit̄ quarto. Ubicūqꝫ est ↄformitas ꝛ ↄuenientia numeri. persone ꝛ rectitudinis casualis. ibi est redditio suppositi. sed inter vocatiuū ꝛ verbū imperatiui modi scḋe ꝑsone est cōuenientia numeri. persone ꝛ rectitudinis casualis. igit̄ vtūs reddit suppositū verbo. Maior patet inductiue. ꝛ patet ex ṗncipio communi grāmatice. hec em̄ requirunt̄ ad cōuenientiā suppositi cū apposito. modo suppositū regit̄ ab apposito. Minor patet in ista. Petre lege. vbi ↄstructibilia cōueniunt in numero. persona ꝛ in rectitudine casuali. patet. qa rectitudo casualis ↄsistit in isto ꝙ ꝓportionatū appositū sit ꝓportionatū supposito. qd videt̄ ↄtingere in ꝓposito. Dico ꝙ in oratiōe in qua vtūs cōstruit̄ cū verbo imperatiui modi nō est rectitudo casus. patet. qa rectitudo casus exigit ꝙ verbū ꝑsonale habeat ꝓ supposito ↄstructibile

le qd significat i ratōe ṗncipij. ꝛ qd significat absolute. ꝛ qd significat rem subsistēter. ṗmū deficit i vtō. qa vtūs significat i ratōe tmini. vt declaratū est superi⁹. Unde ꝛ hanc dicimus incōgruā. albus currit. qa ibi nō est rectitudo casus. eo ꝙ albus nō significat subsistēter. sed adiacenter.

¶ Arguit̄ qnto. Utūs reddit suppositū verbo ꝑsonali. ꝓbat̄. Omne qd ↄstruit̄ in oratiōe ꝑfecta aut est suppositū ꝛ appositū aut determinatio suppositi aut appositi. sed vtūs ponit̄ in oratiōe ꝑfecta ꝛ nō est appositū. nec est determinatio appositi. nec suppositi. igit̄ vtūs ē suppositū. Tenet ↄsequētia ex sufficienti diuisione. Similiter maior. qa plura nō reperiunt̄ in oratiōe ꝑfecta. Minor. qa vtūs ↄstruit̄ in oratiōe ꝑfecta. qa oratio ꝑfecta diuidit̄ in indicatiuā. imperatiuā. optatiuā ꝛ ↄiunctiuā. vt ostēdit petr⁹ hyspan⁹ in ṗmo tractatu. sed ꝙ vocatiuus nō sit appositū. nec determinatio appositi nec suppositi notū est de se. Dico verū argumētū ↄcludit ꝙ vtūs ↄstruit̄ cū verbo imparatiui modi. nō tamē sub ratiōe suppositi. suppositū em̄ ↄstructum regit̄. modo vtūs nō regit̄. nec etiā vbicūqꝫ est ↄstructio est regimen vt ꝓbatū est superius. bene ergo ↄcedit̄ ꝙ vtūs ↄstruit̄ cū verbo. nō tamē vt suppositū. Suppositū em̄ significat in ratione ṗncipij. vocatiu⁹ aūt in ratione termini. vt patet ex modis significādi vocatiui

¶ Arguit̄ sexto. Ubicūqꝫ reperit̄ modus inherentis. q terminat̄ ꝑ modū ꝑ se stantis est redditio suppositi. sed in ↄstructiōe vocatiui cū verbo reperit̄ modus inherentis. q terminat̄ ꝑ modū ꝑ se stantis. ergo vtūs reddit suppositū verbo. Maior est autoris modoꝝ significādi. ꝛ hoc etiā requirit̄ ad ↄstructionē suppositi cū apposito. vt potest declarari in ista. homo currit. Minor patet in ista. Petre lege. vbi hoc ↄstructibile lege significat ꝑ modū inherētis vel dependentis. qa significat actū verbalē q pendet ad aliud. ꝛ ille vtūs petre significat substātiā. modo substātia substat actui ipi⁹ verbi. Dico verū argumētū ꝓbat ꝙ vtūs bene ↄstruit̄ cū verbo impatiui modi. sed nō ꝓbat ꝙ regit̄ ab eo. etiā vtūs nō significat ꝑ modū ꝑ se stantis in ꝓposito. vt reqritur in regimine. qa illud ↄstructibile qd debet regi a verbo ꝑsonali a parte ante debet significare ꝑ modū ꝑ se stantis i ratione ṗncipij. vocatiuus autem significat in ratione termini.

¶ Arguitur septimo. Utūs reddit suppositū verbo ꝛ regit̄ a verbo ꝓbatur sic. vbicūqꝫ est ↄstructibile depēdēs ꝛ depēdētiā terminans est regimē. sed in ↄstructiōe vti cū verbo ꝑsonali est ↄstructibile depēdens ꝛ dependentiam terminans. igitur ibi est regimen. Maior pa-

[illegible]et ex conditionibus prius dictis. que requirunt ad regimen. Minor patet. q̄a verbū personale significat dependenter. q̄a significat actū qui est accidens. modo accidēs dependet ad aliud. sed vocatiuus significat substantiā. modo substātia terminat fluxū accidentis. Substantia enim est subiectū accidentis. Dico verū argumentū concludit ꝙ in cōstructione in qua vocatiuus construit cū verbo personali est quedā proportio construendi sicut inter adiectiuū ⁊ substantiuū. Sed nō probat argumentū ꝙ vocatiuus construit cū verbo in ratione suppositi. eo ꝙ vocatiuo nō potest competere ratio suppositi vt declaratū est superius. nec etiā ad regimen suppositi ⁊ appositi sufficit dependentia ⁊ determinatio illius dependentie. sed vltra hoc requiritur in supposito modus principij quod non est in vocatiuo.

¶ Arguitur vltimo. Vocatiuus causat conceptionē personarū. ergo secūda cōclusio falsa. Probat antecedens. Cuicūq̄ ꝯuenit ꝓpriū illi ⁊ cōuenit subiectum. sed orationi in qua vocatiuus construitur cum verbo cōueniunt om̄es ꝓprietates requisite ad conceptionem personarum. igitur per vocatiuū fit conceptio. Maior. quia propria passio nō derelinquit suū subiectū. Minor patet de ista. tu petre tuiq̄z rogate. In qua constructibilia diuersarum personarum coniungunt cum coniunctione copulatiua. ⁊ significant diuersa ⁊ dictio concipiens tu cōuenit in persona cum verbo. ⁊ nō dictio concepta. vt patet ex diffinitione conceptionis personarū. patet ergo ꝙ per vocatiuum fit conceptio personarū. Dico verum argumentum concluderet. si vocatiuus posset esse dictio concipiens. ad dictionem enim concipiētem nō absolute sufficit conuenire cū verbo in persona. sed vltra hoc presuppositiue requiritur ꝙ regatur a verbo. modo vocatiuus non potest regi a verbo vt probatū est superius. Quare concludit ꝙ per vocatiuū nō fit conceptio personarū.

De conceptione generum.

Vt personarum generum conceptio fiet
Adiectiua tenet generis conceptio masc̄
Femininum recipit ⁊ neutrum. nec retrouerte
Hic vxorq̄z thoro sunt iuncti mente remota
Sunt domino grati virgo cum virgine iuncti
Bos ⁊ iumentum sunt ad presepe ligati
Neutraq̄z femineis tanq̄z concepta videbis

Per vim sunt leges ⁊ plebiscita coacte.
Hoc etiam sepe facias in distribuente
Pronus vterq̄z iacet de paride dic helena q̄z.

Utrū alexādri de cōceptiōe generū determinatio in littera sit sufficienter assignata. Pro intellectione questionis more Notandū est primo. q̄a in questione precedenti dictū est ꝙ penes numerū ⁊ casum fit conceptio. ne scientia de conceptione ⁊ determinatio sit insufficiens oportet ostendere quid sit conceptio numerorum similiter conceptio casuū. Pro quo notandū ꝙ conceptio numerorū dupliciter fit. Uno modo sine vicio ⁊ improprietate. vt quando duo tercie ꝑsone singularis numeri coniungunt per coniunctionē copulatiuam ⁊ copulatim tentam respectu verbi pluralis numeri. vt dominus ⁊ seruus precantur. ⁊ hec oratio est simpliciter congrua ꝙ geminatū singulare per coniunctionē copulatiuā ⁊ copulatim tentā equipollet plurali. Alio modo fit conceptio numerorū cum improprietate ⁊ vicio. quando scilicet dictio singularis numeri concipit dictionem pluralis numeri. vt totum aggregatum supponit respectu verbi pluralis numeri. vt hic homo ⁊ asini currunt. Et describitur conceptio numerorum sic. Est duorum constructibilium vel plurium mediante coniunctione copulatiua vel aliquo ei equiualente vel mediante illa prepositione associatiua cum. respectu alicuius verbi quod habet disconuenientiā cum vno illorum vel cum ambobus in numero mediata associatio. Exemplū primi vbi disconueniunt vnum cum ambobus in numero. vt dn̄s ⁊ seruus precantur. Exemplū vbi disconuenit cum vno. dominus ⁊ serui precantus. ⁊ per hoc patet etiā vicium in conceptione numerorum. Ratio autem excusans generalis est eadem sicut dictum est ante. Specialis autem vt vnus ⁊ idem actus verbalis scd̄m speciem significaretur inesse diuersis rebus. vt patet in ista. dominus ⁊ serui precantur. Ratio autem huius quare alexander non ponit conceptionem numerorum. quia alexnnder posuit has figuras que semper fiunt cum vicio ⁊ incongruitate. modo conceptio numerorum non semper fit cum improprietate ⁊ vicio. vt dictum est superius in notabili. Sequitur corollarie. licet alexander non posuit coñceptiouem numerorum explicite. tamen implicite eam non pretermisit.

Conceptio aūt casuū describitur sic. Ex pluriū suppositoꝝ quorum vnū est obliqui casus. mediante illa ꝑpositiōe cū. respectu alicui⁹ tercij. vel verbi. vel nois adiectiui cū vno illoꝝ se ɔformantis quo ad ꝓprietatē casualē mediata associatio. Exemplū pmi. petr⁹ cū paulo regnāt. vbi fit respectu verbi. Exēplū scdi. video virū cum muliere albos. Multi tamē grāmaticoꝝ dicūt ꝙ ɔceptio casuū nō est ponenda Dictū est eñ ante ⁊ ꝓbatū ꝙ vna tercia ꝑsona nō ɔcipit aliā. qa vna significat ita in certe sicut alia. modo si ɔceptio casuum esset ponēda vna tercia ꝑsona ɔciperet aliā. Primū tamē est cōmuni⁹ ꝙ cōceptio casuū sit ponēda. Et isti dicūt similit̄ q̄ eā ponūt. ꝙ licet alexander nō posuit eā expresse. tamen implicite eam nō negauit.

Notādū secūdo ꝙ cōceptio generū describitur sic. Est duoꝝ substantiuoꝝ diuersoꝝ generū diuersas vel tanq̄ diuersas res significātiū mediāte ɔiūctiōe copulatiua vel aliquo ei equalenter. respectu dictōis adiectiualis pluralis numeri ɔformantis se i genere cū dictione cōcipiente ⁊ nō ɔcepta immediata ⁊ ꝑmissiua associatio. Cui⁹ diffinitiōis declaratio sufficienter potest haberi ex p̄cedentibus. Vitiū aūt in ɔceptiōe generū est discōueniētia vni⁹ substantiui cū adiectiuo in genere. vt vir ⁊ vxor sunt iuncti. vbi dictio ɔcepta scilicet vxor discōuenit cū isto adiectiuo participali iuncti in genere. Ratio autē excusans est duplex. Generalis ⁊ specialis. Generalis est triplex. scilicet. breuitas. metrū. ⁊ melior vel firmior memoria. vt dictū est circa appositionē. Ratio aūt excusans specialis est vt vnū ⁊ idem accidēs ꝑ adiectiuū importatū scdm speciē significaretur inesse diuersis rebus. vt patet in ista. vir ⁊ vxor sunt iuncti. vbi coniunctio matrimonij significatur inesse viro ⁊ etiam mulieri.

Notandū tercio ꝙ ex littera alexandri eliciūt tres regule qb⁹ habet fieri ɔceptio generū. Prima. Dictio masculini generis apta nata est ɔcipere dictionē feminini generis. mediāte dictione copulatiua respectu adiectiui ɔformantis se in genere cū dictiōe ɔcipiēte ⁊ nō cōcepta. vt vir ⁊ vxor sunt iuncti. Scda regula. Dictio masculini generis apta nata est ɔcipe dictionē neutri generis mediāte ɔiūctōe copulatiua respectu adiectiui pluralis nūeri. qd ɔformat se in genere cū dictiōe ɔcipiēte ⁊ nō ɔcepta. vt bos ⁊ iumentū sunt ad presepe ligati. Tercia regula. Dictio feminini generis apta nata est ɔcipere dictionē neutri⁹ generis mediāte ɔiūctōe copulatiua vel aliquo ei equalēte respectu adiectiui plis nūeri ɔformātis se i genere cū dictōe ɔcipiēte ⁊ nō ɔcepta. vt leges ⁊ plebiscita sunt coacte ꝑ vim.

Unde lex est statutū generaliter oēs ɔcernēs q̄ sunt capaces illi⁹ statuti. vt diligere deū ex toto corde. ex tota aīa ⁊ ex totis viribus. vt patet Deutronomij sexto ⁊ vndecimo. Sed plebiscitū est statutū nō cōcernēs oēs hoies. sed aliquā certā cōmunitatē. Et dicit plebiscitū quasi sciencia plebis vel statutū ad plebē pertinēs. Rō aūt isti⁹ quare masculinū ɔcipit femininū ⁊ neutrū est ista. qa dictio ɔcipiens debet esse dignior dictiōe ɔcepta ex quo dictio ɔcipiens agit in dictionem ɔceptā. oē aūt agens nobilius est passo. tercio de aīa. Masculinum aūt genus digni⁹ est q̄ femininū ⁊ neutrū. Qꝫ masculinū gen⁹ sit dignius q̄ femininū patet. qa masculinū significat sub ꝓprietate actiua. femininū aūt sub ꝓprietate passiua. modo actiuū est digni⁹ passo Qꝫ aūt masculinū sit digni⁹ q̄ neutrū patet. qa masculinū significat aliqd positiue. neutrū aūt significat priuatiue. modo positiuū digni⁹ est priuatiuo. Sic similiter potest dici de genere feminino respectu neutrius.

Notādū q̄rto ⁊ vltimo ꝙ cōceptio generū est duplex. scilicet explicita ⁊ implicita. siue formalis ⁊ virtualis. Cōceptō generū explicita vel formalis est vbi dictio cōcipiens ⁊ ɔcepta ambe expresse ponunt. vt vir ⁊ vxor sunt iuncti. Alia est aūt ɔceptio implicita. ⁊ est quādo dictio ɔcipiens ⁊ ɔcepta nō expresse ponunt. sed in aliqua alia dictione includunt. vt hic. vterq̄ iacet pronus. vbi dictio ɔcipiens ⁊ ɔcepta nō expresse ponunt. sed in ista dictione distributiua vterq̄ includunt. qa valet tm̄. paris ⁊ helena iacēt proni. vbi dictio masculini generis scilicet paris vel petrus. ɔcipit dictionē feminini generis scilicet helena. De cōceptione generū implicita ē ista regula. Dictio distributiua ꝓ duab⁹ vel plurib⁹ dictio ib⁹ quarū vna ē masculini generis. ⁊ alia feminini generis causat ɔceptionē generum implicitā. vt vterq̄ iacet pronus. que valet istā. petrus ⁊ helena iacent proni. Nō est aūt intelligendū ꝙ hec oratio. pronus vterq̄ iacet scdm se vt sonat in verbis esset incōgrua. qa in ea verbū habens vim verbi substantiui regit similes casus ante ⁊ post. sed vult ꝙ ē oratio incōgrua ⁊ cōceptoria quantū ad resolutionē ⁊ equiualentiā. valet eñ istā. paris cū helena iacēt proni. ⁊ hec est oratio ɔceptoria Et quidā dicūt ꝙ in textu debet poni paris. qa ꝓpter paridē qui rapuit helenā Troia desolata ⁊ destructa est. Cōmuniter tamē in littera legitur petro. vtrūq̄ bene. sed primū cōuenientius. Istis notabilibus sic stantibus est.

Cōclusio respōsalis. Determinatio alexādri de cō

ceptione generū est sufficienter in littera assignata. Patet conclusio
ex his que dicta sunt.
¶ Arguit̄ p̄mo. Cōceptio generū nō fit sicut ꝯceptio ꝑsonarū. igit̄
littera falsa. Probat̄ antecedens. qa conceptio generū fit inter dicti
ones eiusdē persone. ⁊ fit respectu adiectiui. Conceptio aūt ꝑsonarū
fit inter diuersas personas ⁊ respectu verbi. igit̄. Tenet ꝯsequentia
qa aduerbiū simimilitudinis denotat cōuenientiā aliquoꝝ omnimo
dam. Maior patet in isto exemplo. Vir ⁊ vxor sunt iuncti. Vbi di
ctio cōcipiens scilicet vir. ⁊ dictio cōcepta scilicet vxor sunt eiusdē
persone. quia tercie. ⁊ ibi ponit̄ hoc adiectiuū iuncti. Minor patet
in isto exemplo. ego ⁊ tu damus. vbi dictio cōcipiens est p̄me ꝑsone
⁊ dictio ꝯcepta tu secunde persone. ⁊ fit respectu verbi. Dico verum
argumentū concluderet si hoc aduerbiū vt in littera positū diceret
omnimodā similitudinē vel cōuenientiā. sed debet dicere aliqualem
Vult ergo alexander ꝙ aliqua est similitudo inter cōceptionē gene
rum ⁊ personarū. sed nō omnimoda. Et est similitudo hec. qa sicut cō
ceptio personaꝝ fit inter dictiones diuersarū personarū. sic ꝯceptio
generū fit inter dictiones diuersorum generum. Differentia autē est
dicta superius.
¶ Arguit̄ secūdo. Alexander impertinenter determinat de cōcepti
one generū. ꝓbat̄ sic. Hic solū debet fieri determinatio de figuris q̄
respiciūt regimē nomiatiui. Sed hoc nō fit in cōceptiōe generū. igit̄
Maior. qa hic est capitulū nti. ⁊ ꝯsequēs in eo debēt determinari fi
gure he que respiciūt regimen nti. Minor patet. qa ꝯceptio generū
fit inter adiectiuū ⁊ substātiuū. modo adiectiuū nō regit substātiuū
nec ecōuerso. vt ꝓbatū est ante. Dico verū argumentū ꝯcludit ꝙ lo
quendo absolute de ꝯceptiōe generū. nō in ꝯparatiōe ad ꝯceptionem
personarū tūc de ꝯceptiōe generū determinatio q̄dāmodo esset im
pertinens. sed ꝯceptio generū hic ꝯsiderat̄ vt habet cōueniētiā ⁊ dif
ferentiā cū ꝯce ptione personarū. recto ordine hic de ipa determina
tur. Simile enim. vt patet primo de anima. cognoscitur simili. recte
ergo post determinatione de ꝯceptione personaꝝ hic determinat de
conceptione generū.
¶ Arguit̄ tercio. In isto exemplo. virgo cū virgine iuncti nō est con
ceptio generū. igit̄. Probatur antecedens. In conceptione generum
debent esse dictiones diuersorū generū. hic nō est sic. igitur. Maior
est nota ex diffinitione conceptionis generū. Minor patet. qa tam
dictio concipiens q̄ cōcepta sunt eiusdē generis. Patet. qa rectus et

obliquus sunt eiusdē generis. vt in plurimū. modo virgo est generis
cōmunis. ergo etiā obliquus scilicet virginē. Dico verū argumētū
ꝯcludit si in p̄dicta oratione dictio concipiens scilicet virgo caperet̄
absolute in exemplo p̄dicto. modo virgo in ntō capit̄ in masculino ge
nere tm̄ ꝓ sctō iohāne. virgine aūt in obliquo capit̄ in feminino gene
re tm̄ pro virgine gloriosa maria. ⁊ sic masculinū ꝯcipit femininum.
Dictio enī communis generis potest accipi quandoq͛ in masculino.
quandoq͛ autem in feminino.
¶ Arguit̄ quarto. In isto exemplo: virgo cū virgine. nō est ꝯceptio
generū. igit̄. ꝓbat̄ sic. minus dignū nō ꝯcipit magis dignum. sed hic
minus dignū ꝯcipieret magis dignū. igit̄. Maior patet ex declara
tis. Minor. qa hec dictio virgo significat sanctū iohānē. sed hec di
ctio virgine significat virginē gloriosam mariā. modo virgo glorio
sa maria dignior fuit sctō iohāne. Dico verū argumētū ꝯcluderet si
dignitas ꝯstructibiliū deberet attendi simpliciter ex parte rerum si
gnificatarū. sed debet poti⁹ attēdi ratiōe modoꝝ significādi ꝯstructi
biliū. modo hoc ꝯstructibile virgo in p̄dicta oratiōe habet modū si
gnificandi digniorē q̄ virgine. patet. qa virgo significat sub propri
etate actiua. sed virgine sub proprietate passiua. modo proprietas
actiua est dignior passiua.
¶ Arguit̄ qnto. Cōstructibilia in ꝯceptiōe generū nō significant di
uersa. ꝓbat̄ in ista oratiōe. Petr⁹ ⁊ sua reuerētia sunt honesti. In qua
oratiōe dictio cōcipiens petr⁹. ⁊ dictio ꝯcepta scilicet sua reuerētia
significāt idē. Probat̄. qa petr⁹ ⁊ sua reuerētia sunt idem. Probat̄. qa
accidēs ⁊ subiectū numero sunt idē. p̄mo topicoꝝ. modo illa que nu
mero sunt idem. maxima ydemptitate sunt idem. vt patet qnto me
thaphisice. Dico. licet in ista. petrus ⁊ sua reuerentia sunt honesti cō
structibilia nō significāt diuersa materialiter ⁊ numero. tamē signifi
cant diuersa formaliter. qa accidēs ⁊ subiectū sunt diuersa formalit̄
Dicit̄ enī p̄mo phisicoꝝ. Accidēs ⁊ subiectū si sunt: duo sunt. Aliꝗ au
tem dicūt ꝙ licet in dicta oratiōe ꝯstructibilia nō significāt diuersa
tamen significant tanq͛ diuersa.
¶ Arguit̄ sexto. Ex littera alexandri sequit̄ falsum. igit̄. ꝓbat̄. qa se
quit̄ ꝙ in ꝯceptione generū deberent poni plura adiectiua. q̄d est fal
sum. Probat̄ sequela ⁊ ex textu cū dicit. Adiectiua tenet generis.
Dico ꝙ in littera cōmittit̄ vna figura que dicit̄ alleotheca. que ha
bet fieri quādo numerus ponit̄ pro numero: vel casus pro casu. ⁊ sic
hic numerus pluralis ponitur pro singulari.

¶ Arguit septimo. Alicubi est ꝯceptio generū ⁊ tamē ibi nullū poni
tur adiectiuū. patet in ista oratiōe. Johānes ⁊ catherina sunt duo re
ges. que videt esse ꝯceptoria. ⁊ tamē ibi nullū ponit adiectiuū. Mon
duo patet. quia duo reddit suppositum verbo. ergo non est adiecti
uum. Tenet ꝯsequētia. adiectiuū nō reddit suppositū verbo. Antece
dens patet in ista oratiōe: duo sedent. Dico ꝙ in p̄dicta oratiōe nō ē
ꝯceptio generū. sed est simpliciter ꝯgrua. Et dico ꝙ hoc nomē reges
ponit participialiter pro regnātes. ⁊ sic p̄dicta oratio valet tm̄. Jo
hānes ⁊ catherina sunt duo reges. id est duo regnantes.

¶ Arguit vltimo. In ista oratiōe. pronus vterq; iacet nō est conce
ceptio generū. igit. pbat. omis ꝯceptio generū includit aliqḋ viciū
sed in ista oratiōe. pronus vterq; iacet nullū est viciū. igit. Maior ē
nota. Minor patet. qa in ista. vterq; iacet pronus verbū habēs vim
verbi substantiui scilicet iacet regit similes casus ante ⁊ post. Unde
ista valet tm̄. vterq; in iacendo est pronus vel lasciuus. Dico veruz
argumentū ꝯcludit ꝙ in ista oratiōe. vterq; iacet pronus nullū est vi
ciū quo ad vocē ⁊ p̄mariā ꝯsiderationē. sed quantū ad resolutionem
bene est ibi viciū ⁊ incōgruitas ⁊ cōceptio generū implicita. ⁊ resol
uitur. petrus ⁊ helena iacent proni.

De prolepsi:

Disiungit regimen quod iunxerat ante prolempsis

Hi metuunt: alius dominos. aliusq; magistros.

Utrū littera alexādri de prolempsi sit bene assigna
ta. Pro intellectione littere notandū est p̄mo ꝙ plempsis est duplex.
quedā est locutionis. ⁊ est ꝯstructio i qua p̄mittit multitudo grāmati
calis respectu verbi vel adiectiui sub ꝯformitate accidētiū grāmati
calis. ⁊ postea fit subiunctio dictionū importantiū partes illi⁹ multi
tudinis etiam sub ꝯuenientia accidentiū grāmaticaliū. Exemplum
de adiectiuo. quattuor hoies sunt colorati. isti duo albedine. isti duo
nigredine. Exemplū de verbo. hoies currūt. illi ꝯ viennā. illi Cracoui
am. ⁊ de tali hic nihil ad ꝓpositū. Alia aūt est prolempsis ꝯstructio
nis. Et describit sic. Est preacceptio alicuius multitudinis grāmati
calis respectu vbi vel adiectiui sub ꝯueniētia accidētiū grāmaticaliū
⁊ postea subiūgūt dictiōes importantes partes illius multitudinis
prius importante respectu eiusdē verbi vel adiectiui vel sui cōdecli
nei nō expresse positi. sed subintellecti sub discōuenientia accidentiū
grāmaticaliū. vt hi metuunt. alius dominos. alios magistros.

Notandū secundo pro intellectione diffinitionis:

Dicit p̄mo in diffinitione. est preacceptio alicuius multitudinis grā
maticalis. Sciendū ꝙ p multitudinē grāmaticalē in ꝓposito debet in
telligi dictio pluralis numeri. vel nomē collectiuū singularis numeri
Ratio. illa em̄ significant plura. Nomen em̄ collectiuū est qḋ in singu
lari numero significat plura. modo in prolempsi debet esse preacce
ptio alicuius multitudinis. Dicit secūdo in diffinitiōe. respectu ver
bi vel adiectiui. ad denotandū ꝙ prolempsis quādoq; est constructio
suppositi cū apposito. vt scolares student. ille p̄mā partē ille secundā
partē. Quandoq; aūt prolempsis est ꝯstructio adiectiui cū substanti
uo. vt hoies mali peccauerūt ille peccato supbie. ille peccato auari
cie. Sequit corrollarie p̄mo ꝙ falsa est illoꝝ grāmaticoꝝ positio q̄ di
cūt omnē orationē in qua fit diuisio esse orationē prolempticā. Patet
hic. Sonoꝝ alius vox alius nō vox. Similiter hic. Propositionum
alia cathegorica alia ypothetica. Patet. qa licet ibi p̄mittit multitu
do grāmaticalis. tamen hoc nō fit respectu verbi vel adiectiui. qḋ
requirit ad prolempsim. Sequit corrollarie secundo ꝙ aliqua oratio
in qua fit diuisio est prolemptica. Patet de ista. Hoim peccantiū ali⁹
mortaliter alius venialiter. Sequit corrollarie tercio ꝙ ista simplici
ter est cōgrua. Sonoꝝ ali⁹ vox ali⁹ nō vox. patet. qa iste gtūs sonoꝝ
regit a dictiōe subintellecta. ⁊ valet tm̄. De numero sonoꝝ alius vox
alius nō vox. Similiter est dicendū de ista. Propositionū alia cathe
gorica alia ypothetica. que valet tm̄. De numero ꝓpositionū alia est
cathegorica, alia yppothetica. Dicitur tercio in diffinitiōe respectu
verbi vel adiectiui subintellecti. ad denotandum ꝙ hic non est pro
lempsis. Homines legūt iste rhetoricam. iste poeticam. patet. quia
nō est respectu eiusdē verbi. sed alteri⁹. Dicit vltimo sub discōformi
tate accidētiū grāmaticaliū. p hoc patet differencia inter prolēpsim
locutionis ⁊ construccionis. vt dictū est in notabili primo.

Notandū est tercio. Viciū in prolempsi est discon
uenientia suppositi cū apposito subintellecto. vel substātiui cū adie
ctiuo subintellecto. Exemplū p̄mi. Aquile volauerūt hec ad orientē
hec ad occidētē. Hi metuunt alius dominos alius magistros. Astra
micant illud in imis illud in summis: Exemplū scdi. Hoies mali pec
cauerūt ille peccato auaricie ille peccato supbie. Ratio aūt excusans
hoc viciū est duplex. generalis ⁊ specialis. Generalis est que conue
nit cuilibet figure ꝯstructionis. Et sunt tres. breuitas. metrū ⁊ meli

or vel firmior memoria. vt dictū est in appositione. Sed ratio specialis est ydemptitas partiū cū toto. Dicit em̄ p̄mo phisicoꝝ. Totū nō est aliud nisi sue partes. Ratiōe illi⁹ ydemptitatis partiū in toto. tūc dictio significans partē potest cōstrui ⁊ ordinari cū verbo toti⁹. Dicitur aūt prolempsis a pro qđ est simul ⁊ lempsis captio. quasi simul captio alicuius multitudinis sub cōuenientia. ⁊ postea eiusdē multitudinis per partes sub disconuenientia diuisio.

Notādū quarto ⁊ vltimo ꝙ prolempsis est duplex explicita ⁊ implicita. Explicita est vbi multitudo grāmaticalis. similiter dictiōes importātes partes illi⁹ multitudinis nō expresse ponunt. vt alter alteri⁹ pedes lauate. que valet. vos lauate pedes. iste istius ⁊ iste istius. Similiter hec. alter alteri⁹ onera portate. que valet istā. vos portare onera. iste istius ⁊ iste isti⁹. Similiter hec. vana locuti sunt vnusquisq; ad p̄ximū suū. que valet istā. hoīes locuti sunt vana. ille ad istū p̄ximū iste ad istū. Sequit corrollarie ex dictis ꝙ hic nō est prolempsis. quātitatis aliud ꝯtinuū aliud discretū. Ratio. Est em̄ regula generalis in grāmatica. quādo diuisuz ponit in singulari numero relatiuū diuersitatis hābet illud referre in neutro genere. ⁊ valet hec oratio tm̄. Quātitatis. id est de genere quantitatum aliud scilicet gen⁹ est ꝯtinuū. aliud scilicet gen⁹ est discretū. Et sic patet ꝙ est oratio simpliciter ꝯgrua. Nō aūt oportet ꝙ semꝑ relatiuū ⁊ antecedēs ꝯueniūt. sed hoc est verū quādo relatiuū nō est diuersitatis. Uel vt alij dicūt ꝙ hoc relatiuū aliud nō refert hoc antecedens quantitatis. sed hoc antecedens genus. vt patet ex resolutione orationis. Istis notabilibus sic stantibus est.

Cōclusio respōsalis. Alexādri de ꝓlempsi determinatio est sufficienter assignata. Patet veritas cōclusionis ex his que dicta sunt.

¶ Arguit p̄mo. Grāmatic⁹ nō habet determinare de prolempsi. ꝓbat. Grāmatic⁹ nō habet determinare de diuisione. sed in prolempsi ē diuisio totius per partes. igit. Maior. q̄a cōpositio ⁊ diuisio pertinent ad logicū. vt patet p̄mo periarmeniarū. Minor patet ex diffinitione. Dico verū argumentū cōcludit ꝙ determinare de diuisione quo ad esse diuisionis. ⁊ qualis sit diuisio. scilicet vtrū sit generis in species. vel aliquo modo pertinet ad logicū. sed determinare de diuisione quo ad eius congruitatē. hoc pertinet ad grāmaticū. ⁊ sic contingit in proposito.

¶ Arguitur secundo. Ex diffinitione prolempsi sequitur incōueniēs

ergo nō valet. ꝓbat. q̄a sequeret ꝙ hic esset prolempsis animaliū comedentiū homo panē. asinus auenā. patet sequela. q̄a hic p̄mittitur multitudo grāmaticalis. ⁊ postea eadē multitudo diuidit per partes. ergo est prolempsis. Tenet ꝯsequētia ex diffinitionē. sed ꝙ hic nō sit prolempsis patet. quia in prolempsi debent esse dictiōes importātes partes illius multitudinis. modo hic non ponunt dictiones importantes partes. quia ille sunt alius. alia. alter. aliud. modo nulla illarū hic ponit. Dico: licet hic nō ponunt signa diuisiua expresse. tamen implicite. quia predicta oratio valet tantū. animaliū comedentium vnus homo comedit panē. vnus equus fenū. Alius em̄ cōuertitur cum vnus. Et quarto methaphisice dicit. Idez est homo ⁊ vn⁹ homo. Et sic cū dico homo. intelligo hominē.

¶ Arguit tercio. Prolempsis nō est figura cōstructionis. Probatur. Om̄is figura cōstructionis nec est oratio simpliciter cōgrua nec oratio simpliciter incongrua. Maior patet ex his que dicta sunt prius circa appositionē. Minor patet de ista. Hi metuunt alius dominos alius magistros. Si intelligitur hoc verbū metuunt pluralis numeri est simpliciter incōgrua. quia valet tantū. hi metuunt alius metuunt dominos. alius metuunt magistros. que est simpliciter incōgrua ex quo suppositū alius est singularis numeri ⁊ appositū metuūt pluralis numeri. Si aūt subintelligit ibi verbum metuit singularis numeri tunc est simpliciter cōgrua. q̄a valebit tantū. hi metuūt ali⁹ metuit dn̄os ali⁹ metuit magistros. que est simpliciter ꝯgrua. q̄a suppositū ⁊ appositū ꝯueniūt. igit. Dico verū argumētū ꝯcluderet si ibi verbū deberet repeti vocaliter. sed debet tm̄ intelligi vel subaudiri. Simile ponit Serui⁹ in ꝯmēto tercie Egloge Uirgilij. Est mihi domi pater est iniusta nouerca. Bisq; die numerat ambo pecus alter ⁊ hedos. Ubi circa ly alter intelligit vel subaudit nouerca ⁊ nō reperitur exp̄sse ⁊ vocaliter. q̄a al's nō esset incōgrua. sic ꝯtingit in ꝓposito.

¶ Arguit quarto. Ex littera alexādri sequit falsum. igit. patet. q̄a sequeret ꝙ hic esset ꝓlēpsis. hi metuūt alij dn̄os alij magistros. patz ex textu. hic em̄ ē p̄acceptio multitudīs grāmaticalis. ⁊ postea eiusdez ꝑ dictiōes importātes p̄tes diuisio. ergo ē ꝓlēpsis. nihil em̄ vltra addit text⁹. Sed ꝙ hoc sit falsum patet. q̄a in ꝓlempsi debet esse discōformitas ⁊ discōueniētia. qđ nō ꝯtingit in oratiōe p̄dicta. Dico verū argumētū ꝯcluderet si littera alexādri absolute esset intelligēda. sed est intelligēda ꝙ p̄mo in ꝓlēpsi est p̄acceptio multitudīs grāmaticalis sub ꝯgruitate. ⁊ postea eiusdē subdiuisio sub discōformitate. qđ nō ꝯtingit in oratiōe p̄dicta.

¶ Arguit̃ q̃nto. Aliquis est oratio prolemptica vbi nõ ꝑmittit̃ ꝑmultitudo grãmaticalis. igit̃ diffinitio nõ valet. ꝓbat̃ sic in ista. Alter alteri⁹ onera portare. ꝙ in ista oratiõe sit prolempsis patet ꝑ grãmaticos oẽs q̃ hanc nõ aliter saluant oratione nisi ꝑ prolempsim. Sed ꝙ hic non sit multitudo grammaticalis probatur. quia per multitudinem grãmaticalẽ intelligit̃ dictio pluralis numeri. vel nomẽ collectiuũ. sed nullũ illoꝝ hic ponit̃. igit̃. Dico verũ argumentũ concludit ꝙ nõ ꝑmittit̃ multitudo grãmaticalis. similiter dictiones importantes partẽ multitudinis non ponunt̃ expresse. tamẽ implicite. Unde ista. Alter alterius onera portare resoluit̃ sic. vos portate onera. Iste istius ⁊ iste istius. in qua oratione est prolemsis expressa.

¶ Arguit̃ sexto. In exemplo. hi metuunt alios dominos. alios magistros nõ est prolempsis. ꝓbat̃. q̄a est zeuma. ergo nõ prolẽpsis. Tenet ꝯsequẽtia. q̄a zeuma ⁊ prolempsis sunt figure realiter distincte. ⁊ ergo habent fieri in diuersis oratiõbus. ꝓbat̃ antecedẽs. Zeuma fit quãdo plura supposita ponunt̃ in ordine ad vnũ appositũ: vt tu ludis ⁊ ille. sed in exemplo predicto est sic. q̄a hic supposita duo alius ⁊ alius ponunt̃ respectu illius verbi metuunt. Dico licet in oratione zeumatica ⁊ etiã prolemptica ponunt̃ duo vel plura supposita in ordine ad vnũ appositũ. nõ tamẽ eodẽ modo hic fit. q̄a in zeumate mediante cõiunctione. in prolempsi sine coniunctione.

¶ Arguit̃ septimo. In prolempsi etiam ponit̃ ꝯiunctio. ergo solutio nõ valet. Probat̃ in isto exemplo. Scolares student iste bene iste male. ꝙ hic sit prolempsis notũ est. vt patet ex diffinitione prolempsis. est eñ hic multitudo grãmaticalis ⁊ diuisio eiusdẽ multitudinis ꝑ partes. Dico verũ argumentũ cõcludit ꝙ in prolempsi ponit̃ cõiunctio sed nõ eodẽ modo. sicut in zeumate. q̄a in zeumate immediate debet poni post verbũ principale. sed in prolempsi nõ statim: sed mediate. vt patet in exemplo predicto.

¶ Arguit̃ octauo ⁊ vltimo. Prolempsis nõ disiungit regimẽ qd̃ ꝯiunxit. igit̃ littera falsa. ꝓbat̃. idem solũ facit idem. sed prolempsis est vna ⁊ eadẽ figura ergo nõ coniungit ⁊ disiungit. Maior est aristotelis scd̃o de generatione. Idem solũ facit idẽ. Minor est nota. q̄a prolempsis est vna figura de q̃nq3 figuris constructionis. Tenet aũt ꝯsequentia prior. q̄a ꝯiungere ⁊ disiungere sunt opposita. modo opposita nõ ꝯueniũt vni. vt patet in postpredicamentis. Dico verũ argumentũ ꝯcludit ꝙ opposita nõ ꝯueniũt vni respectu eiusdem. sed bene respectu diuersoꝝ. ⁊ sic prolempsis ꝯiungit multitudinẽ grãmaticalem primo sub ꝯgruitate quã postea disiungit ⁊ diuidit sub discõformitate. Idem agens solũ facit idem eodem modo se habens ⁊ respectu eiusdẽ. sed idem diuersimode se habens ⁊ respectu diuersoꝝ bene facit diuersa. vt sol indurat lutũ ⁊ liquefacit cerã. Et tantũ de prolempsi.

De zeumate.

At quod proposuit extra summendo reddu cit
Hi properant et ego. tu ludis ⁊ ille sedendo.

Utrũ alexandri de zeumate in textu determinatio sit sufficiens ⁊ completa. Pro intellectione questionis mote. Notandum est ꝑmo ꝙ zeuma est duplex. scilicet locutionis ⁊ constructionis. Zeuma locutionis est in qua ꝑmittit̃ suppositũ cũ apposito. vel adiectiuũ cũ substãtiuo sub ꝯformitate accidẽtiũ grãmaticaliũ. ⁊ postea fit subiunctio alterius suppositi vel substantiui. etiã sub ꝯformitate accidentiũ gramaticaliũ. vt iohãnes legit ⁊ petrus. Catherina est alba ⁊ barbara. ⁊ de de tali nõ est ad ꝓpositũ. Sed zeuma ꝯstructiõis est ꝯstructio in qua ꝑmittit̃ suppositũ cũ apposito vel adiectiuũ cum substantiuo sub ꝯformitate accidẽtiũ grãmaticaliũ. ⁊ postea mediãte aliquo signo scilicet aduerbio vel cõiunctione fit subiũctio alteri⁹ suppositi vel substantiui respectu eiusdẽ verbi vel adiectiui expresse positi vel subintellecti scd̃m se vel eius cõdeclinatiũ sub discõformitate accidentiũ grãmaticaliũ. Exemplũ de supposito vt vos studetis ⁊ ego. Exemplũ de adiectiuo. Iste est albus ⁊ mulier⁹ sua.

Notãdũ scd̃o pro meliori intellectu diffinitionis ipius zeumatis. Zeuma differt a prolempsi tripliciter. Primo. q̄a in zeumate reperitur ꝯiunctio vel aduerbiũ. sed in prolempsi nõ. Scd̃o differũt q̄a prolempsis fit per nomẽ distributiuũ vel nomẽ collectiuũ vel aliã dictionẽ pluralis numeri. qd̃ nõ requirit̃ in zeumate. vt ego scribo ⁊ tu. Tercio differũt. q̄a in prolempsi semꝑ debent esse dictiones importantes partes multitudinis prius importate. sed in zeumate nõ oportet ꝙ ibi ꝑmittit̃ multitudo grãmaticalis. vt hic. tu ludis ⁊ ille. Sequitur ergo corrollarie ꝙ zeuma ⁊ prolẽpsis sunt figure distincte. patet. q̄a nisi sic tunc nõ essẽnt q̃nq3 figure cõstructiõis. qd̃ est cõtra floristã ⁊ oẽs grãmaticos. Unde dicit Florista. Plures structure nõ sunt nisi q̃nq3 figure. Sinthesis anthitesis prolempsis zeuma silempsis. Et ꝓbatur ratione. q̄a zeuma ⁊ prolempsis sunt figu

te distincte. Illa que sunt idem quicq̄d cōuenit vni ꝯuenit ⁊ alteri ꝑ pri
mo phisicoꝝ. sed aliq̄d cōuenit ꝓlempsi q̄d nō conuenit zeumati. ergo
zeuma ⁊ ꝓlempsis sunt figure distincte. Minor declarat̄ ex differen
tijs tribus inter zeumam ⁊ prolempsim.

Notādū tercio ꝙ viciū in zeumate est duplex: quā
doq̄ em̄ est disconueniētia suppositi cum apposito. vt tu ludis ⁊ ille.
Quādoq̄ adiectiui cū substantiuo. vt petus est alb⁹ ⁊ catherina. Ra
tio aūt excusans est duplex. generalis ⁊ specialis. Generalis est tri
plex. breuitas. metrū ⁊ melior retentio vel memoria vt dictū est cir
ca capitulū de appositiōe. Sed ratio excusans specialis scđm aliquos
est ꝯuenientia casualis posterius positi cum casuali prius locato ⁊ as
sumpto. ratione cuius cōuenientie casuale posterius potest addi adie
ctiuo vel verbo cui additum est casuale prius. vt hebrei sunt et ego.
Alij tamē ⁊ cōmunes grāmatici dicunt ꝙ ratio excusans in zeumate
est ista. quia licet talis oratio vocalis ex primaria eius impositione
sit incongrua. tamen ex cōmuni consensu grāmaticoꝝ inquantū sub
ordinat̄ vni mentali cōgrue ipa admittit̄. vt hic. tu ludis ⁊ ille. Hec
vocalis subordinat̄ huic mentali congrue. tu ludis ⁊ ille ludit. que est
simpliciter cōgrua. Sequit̄ corrollarie ꝙ hic ē zeuma. Neq̄ ille pec
cauit neq̄ parentes eius.

Notandū quarto ⁊ vltimo ꝙ zeuma fit duplicit̄:
scilicet implicite ⁊ explicite. Zeuma explicitū est. quādo ambe dictio
nes casuales cū verbo vel adiectiuo expresse ponunt̄. de quo dictum
est sufficienter. Zeuma aūt implicitū est quādo casuale p̄mum nō ex
presse ponit̄. sed in verbo p̄me vel secūde ꝑsone subintelligit̄. vt curri
mus ⁊ iohānes. vbi subintelligit̄ iste ntūs nos. ⁊ valet tantum. nos
currimus ⁊ iohānes. Et notandū ꝙ conuenienti⁹ in littera ponit̄ cō
iunctio disiūctiua aut. q̄z copulatiua ⁊. patet q̄a maiorē diuersitatē
importat hec ꝯiunctio aut q̄z ⁊. cōiunctio em̄ disiunctiua maiorem di
uersitatē ⁊ disiūctionē importat q̄z ⁊ cōiunctio copulatiua. q̄a ꝯiun
ctio disiunctiua cōiungit q̄dē dictiōes. sed disiungit sensus. cōiūctio
copulatiua cōiungit dictiōes ⁊ etiā sensus. hic aūt debet significari
diuersitas ⁊ differentia inter zeuma ⁊ prolempsim. Unde rectius in
littera ponitur aut q̄z ⁊. Istis notabilibus sic stantibus est

Conclusio responsalis. De zeumate in textu deter
minatio ab alexandro est sufficienter assignata. Patet cōclusio ex his
que dicta sunt.

¶ Arguit̄ p̄mo. Processus alexādri est impertinēs. igit̄. ꝓbat̄ ante
cedēs. q̄a alexāder nō exp̄ssit nomē hui⁹ figure vltime. ergo ꝓcessus
suus est impertinens. Tenet ꝯsequētia. q̄a vbiq̄ antea nomē figure
expressit ⁊ posuit. hic aūt hoc nō facit. ergo. Dico licet alexāder nō
posuit hic nomē illi⁹ figure vltime expresse. tamē implicite dedit ꝯ̄
intelligere cū dixit. reducit. zeuma em̄ grece est reductio latine.

¶ Arguit̄ secūdo. Zeuma nō est figura distincta a ꝓlempsi. igit̄ non
est specialis figura. ꝓbat̄ antecedēs ex ꝓcessu autoris cū dixit. aut
quasi diceret aut tu intellige aliū modo ꝓlempsis. Videt̄ ergo ex lit
tera autoris ꝙ zeuma nō est figura distincta a prolempsi. Dico ꝙ ale
xander dicēs in textu aut. nō voluit dicere ꝙ zeuma esset specialis fi
gura a ꝓlempsi. sed voluit ostēdere poti⁹ diuersitatē ⁊ distinctionē
zeumatis ⁊ ꝓlempsis quā importat ꝯiūctio disiūctiua. alexāder aūt
expresse nō dixit vel nominauit zeuma. q̄a tēporib⁹ suis diuersitates
fuerāt grāmaticoꝝ verū zeuma ⁊ ꝓlempsis essent figure distincte.

¶ Arguit̄ tercio. Littera alexandri est iintelligibilis ergo male ꝑposi
ta. Tenet ꝯsequētia. q̄a determinatio autoꝝ debet esse clara ⁊ lucida
Antecedens patet. q̄a autor ponit appositū sine supposito. patet. q̄a
dicit. reducit. modo positio appositi sine supposito causat orationem
imperfectā. Dico licet autor in textu ponit appositum sine supposi
to expresse. tamen implicite ponit suppositum. videlicet hoc voca
bulū zeuma. ⁊ sic littera valet tantū. zeuma reducit.

¶ Arguit̄ quarto. Zeuma nō habet fieri ꝑ adiectiuū. ꝓbat̄ sic. q̄a si
sic maxime ꝙ substātiuū posterius discōueniret in genere vel nume
ro cū adiectiuo. sed hoc nō ꝓbat̄. q̄a substātiuū posterius nō potest
discōuenire cū adiectiuo in casu. ergo neq̄ in genere neq̄ in numero
Tenet ꝯsequentia. q̄a nō est ratio diuersitatis. Dico ꝙ ratio diuersi
tatis est ista. q̄a posterius substātiuū reducitur ad p̄mū mediante
cōiunctione copulatiua vel disiunctiua. q̄ ꝯiūctio semꝑ requirit simi
les casus. ⁊ ideo posterius constructibile debet cōuenire in casu cū
adiectiuo. sed nō oportet in genere vel numero. vt hic. Johannes est
albus ⁊ catherina.

¶ Arguit̄ q̄nto. Zeuma nō reducit verbū. igit̄ littera alexādri falsa.
ꝓbat̄ antecedēs. Reductio est passio silogismi. zeuma aūt nō ē passio
silogismi. ergo zeuma nō reducit verbū. Maior est aristotelis p̄mo
prioꝝ. Minor est nota. q̄a zeuma nō est de ꝯsideratiōe logici. sed grā
matici. Dico verū argumētū ꝯcluderet si hic caperet̄ reductio logi
ce vt reductio est p̄ncipiū reductiuū silogismi imperfecti ad ꝑfectū
sed capitur hic reductio pro subintellectione.

¶ Arguitur sexto. Tu ludis ⁊ ille. hic nõ est zeuma. Probatur in ista oratiõe est ꝯceptio ꝑsonarũ. ergo nõ zeuma. Tenet ꝯsequẽtia. q̃a zeuma ⁊ ꝯceptio ꝑsonarũ sunt figure distincte. Antecedens ꝓbat. q̃a hic secũda ꝑsona scilicet tu ꝯcipit dictionẽ tercie ꝑsone scilicet ille ad reddendũ suppositũ verbo scilicet ludis. q̃d ꝯuenit in ꝑsona cũ dictione ꝯcipiente ⁊ nõ ꝯcepta. ergo in p̄dicta oratiõe est ꝯceptio personarũ. Tenet ꝯsequẽtia ex diffinitiõe ꝯceptiõis ꝑsonarũ. Dico verũ argumentũ ꝯcluderet si ambo supposita ponerent a parte eiusdẽ extremi ante verbũ. q̃d nõ est in ꝓposito qualiter tamẽ fit in ista. Tu ⁊ frater rogaris.

¶ Arguitur septimo. Hi properant ⁊ ego nõ est zeuma. Probat sic. Est ꝯceptio numeroꝝ. ergo nõ zeuma. Tenet ꝯsequẽtia. q̃a zeuma et ꝯceptio numeroꝝ sunt figure distincte. Antecedẽs probatur. q̃a in p̄dicta oratõe supposita diuersoꝝ numeroꝝ ꝯiungunt respectu vnius verbi. ergo in p̄dicta oratiõe est ꝯceptio numeroꝝ. Tenet ꝯsequẽtia ex diffinitõe ꝯceptiõis numeroꝝ. Dico verũ argumentũ ꝯcluderet si ambo supposita ponerent a parte eiusdem extremi. qualiter fit hic. Johannes ⁊ asini currunt.

¶ Arguitur vltimo. Ex diffinitiõe zeumatis sequitur ꝙ hic esset zeuma. Johãnes currit ⁊ petrus. patet ex diffinitiõe: q̃a verbũ ibi reducitur ad suppositũ. sed hoc est falsum. Q ibi sit zeuma patet. q̃a i oratione zeumatica est aliq̃d viciũ ⁊ incõgruitas. sed in p̄dicta oratiõe nullũ est viciũ. igitur. Dico verũ argumentũ concludit ꝙ in predicta oratione est zeumã locutiõis sed nõ constructionis. ex quo in ea nullum est vitium.

De absolutione nominatiui.

Inuenies rectum quandoq̃ regente solutum.

Verũ alexandri de absolutione nominatiui determinatio in littera sit sufficienter assignata. Pro intellectione questionis more. Notandũ est p̄mo ꝙ ratio ordinis est ista quare alexãder prius determinat de regimine nominatiui. nũc aũt de absolutione. Regimen eñ habet se vt positiuũ. sed absolutio vt priuatiuũ. modo positiuum dignius est priuato. digniora aũt sunt priora. vt patet i postpredicamẽtis. Describit aũt absolutio sic. Absolutio est dictionis regibilis sine regente positio. Dictionẽ aũt poni absolute intelligitur dupliciter. Uno modo ꝑ ꝑuationẽ dictionis regentis exp̄sse ⁊ implicite simul. ⁊ sic ntũs nõ regit absolute. licet eñ aliquãdo ntũs

ponit sine dictione regente expresse. tamen ibi subintelligi potest verbũ vnde regi potest. vt hic. benedicite dñs. subintelligit hoc verbuꝫ benedicit. Scd̃o nominatiuũ poni absolute intelligit quantum ad regens expressum ⁊ actuale. sic ꝙ aliquãdo ntũs ponit in oratiõe. ⁊ nõ habet regens expressum vnde regat ⁊ sic possibile est nominatiuuꝫ poni absolute quomodo alexander hic loquit de absolutione nominatiui.

Notandũ secũdo ꝙ nominatiuus ponit absolute sex modis. Primo ꝓpt tollere ⁊ remouere dubiũ. vt hic. In cõuertẽdo dñs captiuitatẽ syon. in qua oratiõe ille ntũs dñs ponit absolute ⁊ sine regente. Q ponat absolute patet. q̃a in p̄dicta oratiõe iste nominatiuus dñs nõ potest regi ab illo infinitiuo vel gerundio cõuertẽdo. gerundiũ eñ regit accusatiuũ a parte post sicut infinitiuꝰ. nec etiã potest regi ab alio verbo. q̃a nullũ ibi ponit. patet ergo ꝙ ponit absolute. Fit aũt hoc ꝓpter remouere ⁊ tollere dubiũ. Si eñ ibi poneretur accusatiuꝰ dñm. dubiũ esset si dñs ꝯuertisset captiuitatem syon vel captiuitas syon cõuertisset dñm. Est eñ vna regula in grãmatica quãdo infinitiuꝰ ponit inter duos accusatiuos vnũ a parte ante et aliũ a parte post tũc causat oratio amphibologica. hoc est dubia. q̃ potest habere plures sensus. vt hec. scio canẽ comedere panẽ. vnus sensus est ꝙ canis comedit panẽ. ⁊ hic est verus. secũdus sensus est. ꝙ panis comedit canẽ. ⁊ hic sensus falsus est. Sic similiter fuisset in ꝓposito. vnus sensus fuisset ꝙ captiuitas syon cõuertisset dñm. secũdus sensus fuisset ꝙ dñs cõuertisset captiuitatẽ syon. ergo ꝓpter remouere tale dubiũ dicit in ntõ. in ꝯuertendo dñs captiuitatem syon. vt certe detur intelligi ꝙ dñs deus cõuertit captiuitatẽ syon ad penitentiã. ei cõcedendo gratiã vt sua peccata agnosceret. vnde per captiuitatẽ syon intelligit captiuitas iudaica que fuit ducta a hierusalem in babiloniã. Scd̃o ntũs ponit absolute causa breuitatis. vt dicendo. Benedicite. ⁊ respõdẽdo. Dñs. iste ntũs dñs ponit absolute. tamen subintelligit ibi verbũ benedicit implicite. vt valeat. Benedicite. dñs benedicat. Tercio ntũs ponit absolute causa relationis faciende ⁊ facilius agnoscende. vt hic. Dñs in celo sedes eiꝰ. ille ntũs dñs ponit absolute. vt scilicet facilius ⁊ cicius cognoscat ꝙ hoc relatiuũ eius ꝑtineat ad hoc antecedẽs dñs. Si eñ in p̄dicta oratiõe poneret verbũ expresse tũc relatiuũ longius distaret ab antecedẽte. vt dicẽdo. dñs est in celo ⁊ sedes eius scilicet dñi est i celo. modo de quãto relatiuũ plus distat ab antecedẽte de tanto relatio fit incertior ⁊

difficilior ad cognoscendū. Hec tamen ratio satis parua est. vnde et iste modus tercius posset cōprehendi sub secūdo scilicet ꝙ in pdicta oratione etiam ntūs poneretur absolute causa breuitatis. ⁊ ibi subintelligeret hoc verbū substātiuū est quēadmodū dictū est.

Notandū est tercio ꝙ quarto ntūs ponit absolute causa suprascriptiōis. vt in imaginibus ⁊ supra imagines scribimus Sanctus iohannes. virgo maria. Quinto nomīatiuꝰ ponit absolute causa tituli. vt ihesus nazarenus rex iudeoꝝ. vbi subintelligitur hoc verbū est. Similiter hic Liber aristotelis. que valet istam. Liber est aristotelis. Sexto causa numeri. vt vnū duo tria. que valet istā. vnū est. duo sunt. tria sunt. Ultra tamē istos modos sex predictos adhuc ponunt alij tres. Quoꝝ vnus est ꝙ ntūs ponitur absolute causa declinationis. vt. nominatiuo hic magister. vbi subintelligit hoc verbū dicit vel ponit. ⁊ valet tantū. nominatiuo dicitur vel ponitur hic magister. Alter modus est causa comparationis. vt doctus doctior doctissimus. que valet istam. In positiuo dicitur doctus. in comparatiuo doctior. in superlatiuo doctissimus. Additur etiā adhuc alt modus. scilicet causa motionis. vt hic doctus. hec docta. hoc doctū. que valet istā. in masculino genere dicit hic doctus. in feminino dicitur hec docta. in neutro genere dicit hoc doctū. Unde versus. Absoluit rectū dubiū. Breuitas atq relatū. Atq suprascriptū. numerū titulū superadde. Qd declinat. qd cōparat associatur. Sequitur corrollarie ex dictis ꝙ ꝓpe loquēdo de absolutiōe nti solū sūt duo modi pncipales. scilicet ꝙ ntūs ponit absolute causa dubij remouendi: ⁊ causa breuitatis. Omnes em alij modi possunt reduci ⁊ cōprehendi sub breuitate. Sequitur corrollarie ꝙ licet alij modi sunt positi. tamen non sunt superflui. Patet. qa ponuntur ꝓpter maiorem declaratione absolutionis nominatiui.

Notandū quarto ⁊ vltimo ꝙ absolutio scdm grāmaticos ponitur multiplex. Quedā em est absolutio transitōis. quo modo verba absoluta ⁊ neutralia possunt poni absolute. qui scilicet pro sui actus specificatione nō indigēt obliquo casu a parte post. intelligēdo de obliquo aliene significationis. incōgrue em dicit. curro iohannē vel ciuitatē. cōgrue em dicit. curro cursum. viuo vitā. Alia est absolutio adiectiualis determinationis. ⁊ sic quedā noīa substantiua dicūtur absoluta que ex se importāt laudē vel vituperiū. qbus nō est necesse addere adiectiuū laudis vel vituperij. vt sunt ista noīa. pax. discordia. nō em oportet dicere. bona pax. qa pax semp est bona ⁊ laudabilis. Similiter nō oportet dicere. mala discordia. qa discordia semp est mala. Sic hoc nomē deus est absolutū nomē. non enim oportet dicere. bonus deus. iustus deus. Deus em semp est bonus ⁊ iustus. Alia aūt est absolutio discretionis. ⁊ sic scdm Priscianū pmo minoris obliqui pnoīales aliq sunt soluti a discretiōe. qa per ipos discretio fieri nō potest. sed in ꝓposito est intentio determinare de absolutione regiminis quō ntūs dicit absolutus q nō habet regēs vnde regat. vt dictū est in notabili pmo. Istis notabilibꝰ sic stantibꝰ est

Cōclusio respōsalis. Littera alexādri de absolutione nti est sufficienter assignata. Patet veritas ꝯclusionis ex his que dicta sunt. Et ꝙ ntūs potest poni absolute ꝓbat ratiōe. Omne prius potest absolui a posteriori. sed regimen est posterius respectu noīatiui. igit ntūs potest absolui a regimine. ⁊ ꝑ ꝯsequēs potest poni absolute. Maior est nota. qa priꝰ nō habet esse a posteriori. ergo priꝰ pt absolui a posteriori. Minor. qa regimē accidit ntō. ⁊ ē eiꝰ accidēs. si em regimē esset de essentia nti nūq posset ei abesse. Dicit em septio methaphisice. Essentia rei nunq separat a re cuius est essentia. Constat aūt ꝙ accidēs est posteriꝰ substātia. Dicit em septio methaphisice. Substātia est prior accidēte. natura. tēpore ⁊ diffinitiōe. Patet igit veritas ꝯclusiōis. scilicet ꝙ ntūs potest poni absolute. potest etiam ꝓbari hoc alia ratiōe. Priuatiue opposita habēt fieri circa idem sed regimen ⁊ absolutio sunt ꝑuatiue opposita. igit habēt fieri circa idem. sed regimē fit circa ntm. ergo etiā absolutio. Maior est aristotelis in postpdicamentis. Minor est nota ⁊ patuit ex pmo notabili.

¶ Arguitur primo. Processus ⁊ ordo alexandri nō valet. igitur. ꝓbatur antecedens. Sicut est in natura sic debet esse in arte. sed in natura nō esse precedit esse. ergo etiā in arte prius debuit determinare de absolutione que dicit nō esse. ⁊ postea de regimine quod dicit esse. Maior est aristotelis secūdo phisicoꝝ. qa ars imitatur naturā. Minor est aristotelis in postpredicamentis cū diffiniēs generationē dicit. Generatio est ꝓcessus a nō esse ad esse. Or aūt absolucio dicit nō esse. quia dicit carentiā ⁊ priuationē. modo priuatio dicit nō esse. regimen aūt dicit esse. Dico verū argumentū ꝯcludit ꝙ ordine nature non esse ꝑcedit esse. sed via perfectiōis tunc esse precedit non esse. modo alexander hic tenuit ordinem perfectionis. prius determinando de regimine ⁊ postea de absolutione.

¶ Arguit secũdo. Ntũs nõ potest poni absolute. igit pclusio falsa. p
batur antecedens. Illud qd ponit absolute ponit sine regente. sed no
minatiuus nunq̃ ponit sine dictiõe regente. igitur. Maior est nota.
Minor patet inductiue in omnibus orationibus. ⁊ patet in ista. Dñs
in celo sedes eius. vbi intelligit hoc verbũ est. que oratio valet tan
tũ. dñs est iu celo. Dico verũ argumentũ cõcludit q̃ ntũs nõ ponitur
absolute simpliciter. sic q̃ nullũ haberet regẽs nec expressum nec sub
intellectũ. sed ponit absolute ad istũ intellectũ q̃ ntũs non habet re
gens expressum.

¶ Arguit tercio. In ista oratiõe. In cõuertendo dñs. iste ntũs dñs
nõ ponit absolute. Probat sic. qa cõstruit cũ isto gerundio cõuerten
do. sed in cõstructiõe actuali nõ est absolutio. pbat. qa illud ponitur
absolute qd ponit sine verbo. Dico verũ argumentũ concludit q̃ in
ista oratione predicta, iste ntũs dñs nõ ponitur absolute absolutione
cõstructiõis. qa pstruit cũ isto verbo puertendo. cuius dependentiã
terminat. sed bene ponit absolute absolutiõe regiminis. stat ergo cõ
structibile pstrui ⁊ tamen nõ regi. dictũ est eñ q̃ vocatiuus cõstruit
cũ verbo imperatiui modi ⁊ tamen nõ regitur ab eo.

¶ Arguit quarto. Autor cõtradicit sibiipsi. ergo processus suus nõ
valet. pbat antecedens. qa in vna parte dicit nominatiuũ esse rectũ
⁊ in alia parte dicit eũ absolutũ. modo dicere nominatiuũ esse rectũ
⁊ nomiatiuũ esse absolutũ est cõtractio. videt ergo q̃ pcessus auto
ris nõ valet. Dico verũ argumẽtũ cõcluderet si rectũ hic caperet
participialiter pro illo quod regitur. sed capitur hic rectũ nomialali
ter pro nominatiuo. modo rectũ nominaliter sumptũ ⁊ absolutũ non
contradicunt.

¶ Arguit qnto. Alexander nõ bene determinat de absolutiõe nomi
natiui. pbat sic. Priscian⁹ nihil determinat de absolutione nti. ergo
nec alexãder hoc debuit facere. Tenet psequẽtia. qa alr p̃sciã⁹ fuisset
diminutus in grãmatica. qd tamẽ est falsum. cũ ipe sit pnceps gram
matico ꝝ. Sed antecedẽs. qa nec in maiori nec in minori volumine
legimus priscianũ locutũ esse de absolutiõe nti. Dico q̃ hoc argumẽ
tũ nõ cõcludit. qa locus ab auctoritate negatiue nõ valet. vt non se
quitur. Priscianus hoc nõ ponit. ergo hoc nõ est ponendũ. sed ab au
ctoritate affirmatiue bene valet. vt. Priscianus hoc ponit. ergo hoc
est ponendũ. Omi eñ autori in sua facultate est credẽdũ. Et licet ex
presse nihil dixit priscianus de absolutione nti. tamen implicite bene
dedit eã intelligere. in eo eñ q̃ determinat de regimine nti ⁊ pstru

ctione dedit etiã intelligere eius absolutionem.

¶ Arguitur sexto. Ntũs nõ potest poni absolute. ergo. pbat aucto
ritate prisciani p̃mo minoris cũ dicit q̃ ntũs ponit sine verbo. sed
ntũs nunq̃. ergo ntũs nõ ponit absolute. Tenet psequẽtia. qa ntũs
dicit tũc poni absolute quãdo ponit sine verbo. Dico q̃ p̃sciã⁹ volu
it q̃ ntũs nunq̃ ponit sine verbo. verũ est expresso vel subintellecto
Ratio. ntũs eñ significat substantiam. modo nulla substantia est ex
pers ⁊ carens alicuius actus. verbũ aũt significat actũ.

¶ Arguit septimo. Ntũs nunq̃ potest poni sine dictione regente. er
go ntũs nunq̃ ponit absolute. Tenet psequẽtia. qa ntũs dicit tũc po
ni absolute quãdo ponit sine regẽte. Sed antecedẽs pbat. regẽs ⁊ re
ctũ sunt relatiua. sed posito vno relatiuoꝝ ponit ⁊ aliud. ergo si poni
tur in oratiõe ntũs q̃ est casus rectus etiã debet poni verbũ qd est di
ctio regẽs. Maior est nota. qa dictio regẽs ⁊ rectũ importãt respe
ctũ ad inuicẽ. Minor est aristotelis in p̃dicamẽtis. Dico verũ argu
mentũ pcludit q̃ posito vno relatiuoꝝ ponit ⁊ aliud expresse vel im
plicite. Et sic licet quãdoq̃ in oratiõe nõ ponit verbum regens ex
presse. tamẽ ponitur implicite. Quare aũt expresse nõ ponitur dicte
sunt cause. quarũ principalis est breuitas.

¶ Arguit. In ista oratiõe. liber ouidij. iste ntũs liber nõ ponit abso
lute. igit. pbat antecedẽs. qa iste ntũs liber regit istũ genitiuũ scili
cet ouidij. igit nõ ponit absolute. Tenet psequẽtia. qa dictio ponitur
absolute quãdo caret regimine. modo in p̃dicto exemplo ntũs habet
regimen. Dico verũ argumẽtũ pcludit q̃ in isto exemplo liber ouidij
iste ntũs liber nõ resoluit a regimine actiuo. sed bene passiuo. modo
littera alexandri intelligitur de regimine passiuo. nõ actiuo.

Ecce tibi rectum quartumue solet dare casum.

Utrũ partes indeclinabiles regimen habeãt actiuũ.

Pro intellectiõe questionis mote notandũ est p̃mo q̃ de materia
p̃sentis questiõis magna est ptrouersia inter grãmaticos. Aliq̃ enim
dicũt q̃ partes indeclinabiles nõ regũt. quoꝝ ratiões ponunt inferi⁹
Alij aũt econuerso dicũt partes indeclinabiles regũt. quoꝝ rationes
ponent ⁊ dicent circa pclusionẽ. Utile itaq̃ est vt hui⁹ materie diffi
cultas absoluat. ⁊ ideo de materia p̃sentis oportet questiõis videre
⁊ p cõsequẽs erit dicẽdũ an hoc aduerbiũ ecce habeat regere ntm̃ vl
accusatiuũ a parte post vt alexãder videtur dicere in littera. quia de
isto similiter est ptrouersia magna grãmaticoꝝ. vt patebit inferius i
notabilibus. Pro fundamẽto itaq̃ hoꝝ que dicent inferius sciẽdũ q̃

partes declinabiles significāt rem. sed partes indeclinabiles signifi-
cāt modū et circūstātiā rerū. Unde ṗscianꝰ diffiniens partē orationis
dixit partes declinabiles significare per se. sed indeclinabiles dixit
significare in toto vel cū alio. Dixit enī. Pars orationis est dictio signi
ficans in se vel in toto. Logicus etiā dicit partes declinabiles ṗnci-
pales ⁊ significatiuas. sed partes indeclinabiles minus principales ⁊
sincathegreumaticas vel consignificatiuas.

Notādū scd̄o ꝙ antiquoꝝ grāmaticoꝝ est senten-
tia ꝙ partes indeclinabiles nullū casū regūt. Quo posito nec aduer
biū nec ꝑpositio nec interiectio habet regimē actiuū. ⁊ ꝓbāt hoc pri
mo sic. Dictio regēs semꝑ est digniꝰ recto ⁊ quandā dignitatē habet
supra rectū. sed partes indeclinabiles sunt minꝰ digne ꝙ̄ partes de-
clinabiles ⁊ casuales. quare ꝯcludit ꝙ partes indecliabiles nō regūt
aliquē casū. Maior. qa agēs ṗstātiꝰ est passo. vt patet tercio de aia
Modo dictio regēs agit in dictionē rectā. qa limitat eā ad certū ca-
sum. Minor patet. qa pars indeclinabilis significat dispositionem et
circūstantiā rei. sed pars declinabilis semꝑ rem significat. modo plꝰ
est res ꝙ̄ modus rei. Scd̄a ratio. Omē regimē orit ex ꝓportōe mo-
doꝝ significādi inter dictionē regētē ⁊ rectā. sed in partibꝰ indecli-
nabilibꝰ nō reperiūt modi significādi reqͥsiti ad regimē. igit partes
indeclinabiles nō regūt. Maior est nota ex priꝰ dictis circa diffinitio
nē regiminis. Minor patet. qa inter dictionē regentē ⁊ rectā sepius
reqͥrit ꝓportio numeri ꝑsone. modo hec accidētia nō reperiunt in
partibꝰ indeclinabilibꝰ. ⁊ etiā partes indeclinabiles significāt dispo-
sitionē rei. modo a dispositiōe rei nō oriūt modi significādi. ratiōe cu
ius dictio regeret casum. Tercia ratio. Regimē in grāmatica trāsla-
tū est a regimine politico in natura. sed in regimine pollitico semper
illud qd̄ est formaliꝰ ⁊ vigorosiꝰ regit illud qd̄ est in potentia ⁊ minꝰ
formāle. ergo similiter ita deberet esse in arte ꝙ illud qd̄ est formaliꝰ
plus de actualitate ⁊ virtute habēs regeret illud qd̄ est minꝰ. cōstat
aūt ꝙ partes declinabiles plus habēt de entitate ⁊ actualitate ꝙ̄ in
declinabiles. que ⁊ minꝰ ṗncipales dicūt. vt enī dictū est partes decli
nabiles significāt rem. indeclinabiles aūt solū significāt dispositio-
nē rerū. q̄re ꝯcludūt ꝙ partes indeclinabiles nō regūt aliquē casum.
Alie ratioēs ponent inferiꝰ. In oppositū aūt sunt aliȷ̄ grāmatici. qui
ꝓbāt ꝙ partes indeclinabiles regūt post se casum. ⁊ ꝓbant etiā hoc
multipliciter. Primo sic. Illa dictio regit aliā que aliā sub certo ca-
su reqͥrit. sic ꝙ nō sub quolibet alio. sed partes indeclina biles dictio
nes ⁊ ꝯstructibilia sub certo casu post se reqͥrūt. ita ꝙ nō sub quolibet

alio. ergo partes indeclinabiles regūt. Maior patet ex diffinitione
regiminis. Minor patet de ꝑpositiōibꝰ ⁊ de certis aduerbiȷ̄s. similit
interiectiōibꝰ. Hec enī ꝑpositio ad reqͥrit post se illā dictionē patrem
in certo casu. qa actō. ita ꝙ nō in quolibet alio. hec enī est incōgrua.
ad patris. Alia ratio. Dictio significās partē regit gtm̄ significantez
totū. sed aliqua pars indeclinabilis significat partē. ergo regit post
se ꝯstructibile qd̄ significat totū. Maior est alexādri. vt patebit in re
gimine genitiui. Minor patet in isto exēplo. Tūc tēporis. hoc aduer
biū tūc significat partē tēporis. ⁊ regit illū gtm̄ scilicet tp̄is q̄ signifi
cat totū. Tercia ꝓbatio ē ista. Dictio significās ꝯpationē regit post
se abltm̄ casū. sed aliqua pars orationis indeclinabilis ſcat ꝯpatiue vt
designat ꝯparationē. igit aliqua pars orationis indeclinabilis regit.
Maior est donati. q̄ dicit ꝙ ꝯpatiuꝰ regit abltm̄. Minor patet i isto
metro floriste cū dicit. Me melius studuit petrus cū in vrbe reman
sit. Possunt ⁊ ratiōes plures adduci. tn̄ iste patebunt circa ꝯclusionē

Notādū tercio: q̄a he positiōes grāmaticoꝝ sunt
extreme. ⁊ inter extrema debet esse mediū. de regimine partiū inde
clinabiliū a grāmaticis talis assignat vel ponit distinctio. Partes i
declinabiles ꝯsiderāt dupliciter. Uno modo sm̄ se ⁊ in virtute ꝓpria
vt indeclinabiles sunt. ⁊ sic nō regūt. Rō. qa si sic: id est si regerēt vt i
declinabiles. tūc q̄libet pars indeclinabilis regeret qd̄ est falsū. cō
iūctio enī nō regit neq̄ regit. Illud enī qd̄ ꝯuenit alicubi sm̄ se. ꝯue
nit cuilibet ꝯtēto sub eo. vt hoī ꝯuenit sm̄ se ꝙ est rationalis. ⁊ ergo
ōis homo est rationalis. vt patet pͥmo posterioꝝ. Alio mō ꝯsiderāt
ptes indeclinabiles vt scȝ vltra dispositionē rei vel circūstātiā quā
designāt importāt ꝯpationē. demōstrationē vel partitionē vel aliā
ꝓprietatē. ⁊ sic bene regūt. ⁊ sm̄ hoc possunt concordare positiōes ⁊
opiniōes grāmaticoꝝ ṗdicte.

Notādū quarto ⁊ vltimo ꝙ de regimine huiꝰ aduerbiȷ̄ ecce alexā
der in littera vult talē regulā. Hoc aduerbiū ecce vel etiā aliud aduer
biū demōstrādi. vt en. vel eiꝰ silia indifferēter pt regere a pte post re-
ctū. hoc ē ntm̄ ⁊ vt aliq̄ etiā volūt vtm̄ ⁊ actm̄. Exēplū de ntō. ecce
agnꝰ dei. exēplū de vtō. ecce dn̄e duo gladiȷ̄ hic. exēplū de actō. vt ec
ce agnā. Est tn̄ iterꝝ ꝯtrouersia int grāmaticos. aliq̄ eni dicūt ꝙ hoc
aduerbiū ecce nō regit post se ntm̄ vel actm̄ vtute ꝓpa. sed potiꝰ vir
tute vbi subintellecti. vt in ista. ecce magister. subintelligit hoc vbū
venit. qa ṗdicta oratio valet tm̄. ecce venit magister. Similiter in
ista oratiōe. ecce magistrū. subintelligit hoc vbū video vel simile. qa
ṗdicta oratio valet tm̄. ecce video magistrū.

Alij aũt dicũt q hoc aduerbiũ ecce p se regit ntm̃ ⁊ actm̃ a pte post ⁊ virtute ppria. ⁊ hoc est veri⁹ ⁊ meli⁹. Dicẽdũ ergo q in p̃dictis orationibus nõ intelligit verbũ venit vel video causa regiminis. sed potius subintelligit causa pfecte sentẽtie faciẽde. q̃ sine verbo fieri non potest. Sequit corrollarie q licet multi p rectũ in pposito intelligunt tam rectũ p̃mariũ vt ntm̃. q̃z rectũ secũdariũ vt vocatiuũ. tamẽ melius p rectũ intelligit tm̃ rect⁹ primari⁹ vt ntũs. ⁊ nõ vtũs. Ratio. q̃a vt dictũ est vtũs nunq̃z potest regi. Unde dictũ est. Accipias q̃ntuz tu quẽlibet esse solutũ. Tamẽ iuxta expositionẽ cõmunẽ grãmaticoꝝ aduerbiũ ecce etiã regit nominatiuũ. vt ecce duo gladij hic. p̃mũ est verius. secundũ aũt cõmunius. Istis notabilib⁹ sic stantibus est

Cõclusio p̃ma. Partes indeclinabiles vt indeclinabiles sunt ⁊ scd̃m se ↄsiderate nõ regũt post se aliquẽ casum. pbat ↄclusio p ratiões tres positas in notabili secũdo cũ recitabant opiniones ambarũ viarũ. Et pbat etiã tali ratiõe. Illud qd̃ ↄuenit alicui scd̃m se ⁊ absolute. ↄuenit cuilibet cõtẽto sub eo. si ergo partib⁹ indeclinabilib⁹ ↄueniret scd̃m se ⁊ absolute q regerẽt tũc quelibet pars indeclinabilis regeret. qd̃ est falsum de ↄiũctiõe. Maior est aristotelis p̃mo posterioꝝ. Hoi em̃ scd̃m se ↄuenit q sit rationalis in p̃mo modo dicendi. per se ergo ↄuenit omni. Alie ratioes posite sunt in notabili secundo.

Cõclusio secũda. Partes indeclinabiles cõsiderate vt vltra circũstãtiã ⁊ dispositionẽ rei quã importãt. designãt demonstrationẽ partẽ tẽporis. aut cõparationẽ. aut similẽ aliquã proprietatẽ regũt. De demõstratiõe. vt ecce magistrũ. De cõparatione vt. Me melius studuit petr⁹ cũ in vrbe remãsit. De parte temporis vt tunc tẽporis. Alie positiões similiter dicte sunt in notabili secundo ⁊ posite.

¶ Arguit p̃mo. Partes indeclinabiles nõ regũt. igit ↄclusio male posita. pbat antecedẽs. min⁹ dignũ nõ regit magis dignũ. sz partes declinabiles sunt digniores indeclinabilib⁹. ⁊ indeclinabiles minus digne. igit partes indeclinabiles nõ regũt declinabiles. Maior est nota. Minor patet. q̃a partes declinabiles p se significãt res. sed indeclinabiles cõsignificãt res tm̃. modo significatiuũ est digni⁹ nõ significatiuo. Dico verũ argumẽtũ ↄcludit q ↄsiderãdo partẽ declinabilẽ ⁊ indeclinabilẽ absolute. sed si vnũ ↄsiderat in ordine ad aliud tunc min⁹ dignũ potest regere mai⁹ dignũ. Patet. q̃a pars min⁹ digna potest aliq̃n participare ⁊ habere aliquã pprietatẽ ratiõe cuius regit

partẽ digniorẽ quã pars p̃ncipalior nõ habet. omẽ ergo agẽs est digni⁹ passo. vt sic. pedagogus eni filij regis regit filiũ regis q̃ est dignior pedagogo. sed pedagogus habet virtutẽ participatã ⁊ datam a rege.

¶ Arguit scd̃o. Partes indecliabiles nõ regũt. pbat. ad regimẽ reqrit pportio modoꝝ significãdi accidẽtaliũ inter dictionẽ regẽtẽ ⁊ rectã sed partes indeclinabiles nõ habet modos significãdi accidentales respectiuos. igit partes indeclinabiles nõ regũt. Maior patuit circa diffinitionẽ regiminis. Minor patet. q̃a modi significãdi accidẽtales respectiui sunt numer⁹. psona casus. que accidẽtia nõ conueniunt partibus indeclinabilib⁹. Dico verũ argumẽtũ ↄcludit q regimen oritur ex vi ↄueniẽtie similitudinis aut pportiõis. modo licet inter partes indeclinabiles ⁊ casum sequẽtẽ nõ est ↄueniẽtia similitudis. est tamẽ ↄueniẽtia pportiõis. Unde duplex est ↄueniẽtia. quedã est ↄueniẽtia similitudinis que ↄsurgit ex ↄueniẽtia numeri. psone ⁊ casus inter ↄstructibilia. ⁊ ista ↄueniẽtia est inter suppositũ ⁊ appositũ inter adiectiuũ ⁊ substãtiuũ. Alia aũt est ↄueniẽtia pportionis que cõsurgit ex alijs modis q̃b⁹ ↄstructibilia ad inuicẽ dependẽt. ⁊ talis ↄuenieutia bene reperitur inter partes indeclinabiles. ⁊ constructibilia que ab ipsis reguntur.

¶ Arguit tercio. Partes indeclinabiles nõ regũt. Sicut est in natura sic est in arte. sed in natura regens semp est digni⁹ recto. ↄstat aũt q partes indeclinabiles sunt minus digne declinabilibus. ergo partes indeclinabiles non regunt partes declinabiles. Maior est Aristotelis scd̃o phisicoꝝ. vbi dicit q ars imitat naturã. Minor est aristotelis tercio de aĩa. vbi ostẽdit q agẽs est p̃stanti⁹ passo. Dico verũ argumẽtũ ↄcludit q partes indeclinabiles vt sic. id est vt indeclinabiles sunt nõ regũt. vt dictũ est in p̃ma ↄclusiõe. tamẽ partes indecliabiles ↄsiderate vt aliquã pprietatẽ supaddũt vel importãt. tũc bene regũt vt dictũ est in ↄclusiõe secũda. ⁊ sic min⁹ dignũ vt sic nõ regit magis dignũ. tamẽ min⁹ dignũ participãs aliquã pprietatẽ a magis digno potest regere magis dignũ. vt patet de filio regis et eius pedagogo.

¶ Arguit quarto. Partes indeclinabiles nõ regũt. pbat sic. tantuz vna est pars que regit tm̃. igit partes indeclinabiles nõ regũt. Tenet ↄsequẽtia. q̃a partes indeclinabiles nõ sunt vnũ. Antecedẽs patet. q̃a due sunt partes q̃ regũt tm̃. vt nomẽ ppriũ ⁊ pnomen. vna est q̃ regit tãtũ. vt verbũ. si ergo partes indeclinabiles regerẽt plures es-

sent partes que regerẽt tãtũ ꝙ̃ verbũ. qḋ est ꝯtra floristã. Unde ad-uerbiũ habet determinare verbũ. ꝑpositio deseruire. interiectio affectũ animi exꝑmere. Dico verũ argumẽtũ cõcludit ꝙ tãtũ est vna pars que regit tãtũ inter partes declinabiles. tamen ꝑ hoc nõ negatur ꝗn plures partes indeclinabiles sunt que regũt. ⁊ maxime vt cõsiderant sub ꝓprietate aliqua supadditã.

¶ Arguit quīto. Partes indeclinabiles nõ regũt. ꝓbat. Si partes indeclinabiles regerẽt vel ergo similiter vel dissimiliter cũ parte ꝑncipali. Nõ dissimiliter. patet. q̄ alias sequeret ꝙ partes indeclinabiles regerent per se ⁊ ex se. qḋ est falsum. Nõ etiã similiter. patet. q̄ partes declinabiles nõ sunt similes partib⁹ indeclinabilibus. ergo partes indeclinabiles nõ regũt eodẽ modo casus sicut declinabiles. Dico verũ argumentũ ꝯcludit ꝙ partes indeclinabiles regũt casum a parte post sicut declinabiles eadẽ similitudine generali. sed non speciali. hoc enim est generale in regimine ꝙ dictio regens debet significare dependentiã. ⁊ dictio recta debet terminare dependentiã dictionis regentis. ⁊ hoc reperit vbiq̄. sed speciales modi cause specialiũ regiminũ reperiunt in partibus declinabilibus. q̄ nõ reperiuntur in partibus indeclinabilibus. ⁊ plures in partibus declinabilib⁹ ⁊ pauciores in partibus indeclinabilibus. vt dictũ est in principio de regimine.

¶ Arguit sexto. Aduerbiũ nõ regit post se casum. ꝓbat. Cõiunctio nõ regit aliquẽ casum. ergo nec aduerbiũ. Tenet ꝯsequentia. q̄ nõ videtur ratio diuersitatis. Dico ꝙ ratio diuersitatis est hec. q̄ cõiunctio nõ participat aliquã ꝓprietatẽ a partibus declinabilibus. Unde cõiunctio nõ deriuat ab eis sicut aduerbiũ. Et etiã cõiunctiones sunt minime entitatis. q̄ solũ iꝑtant cõpulationẽ. Alie aũt partes vt aduerbia ⁊ interiectiones maiorez entitatem designant ratione cuius eis competit regimen.

¶ Arguit septimo. Partes indeclinabiles nõ regunt. Probatur sic. Omne regens debet esse plus in actu ⁊ formalius ꝙ̃ rectũ. sed partes declinabiles habent formaliores ⁊ actualiores modos significandi ꝙ̃ indeclinabiles. ergo partes indeclinabiles nõ regũt declinabiles. sed potius debet fieri ecõuerso ꝙ partes declinabiles regerent indeclinabiles. Maior. quia regere ꝯuenit forme. ⁊ est cõditio forme. regi aũt est ꝯditio materie. forma aũt est ens plus in actu ꝙ̃ materia vt declarat ꝑmo phisicoꝝ. Minor. q̄ partes indeclinabiles habent imꝑfecta significata ⁊ modos significãdi modicos. ptes aũt declina-

biles habẽt significata ⁊ modos significãdi ꝑfectos. Dico verũ argumentũ ꝯcludit ꝙ partes indeclinabiles nõ regũt absolute ꝯsiderata sed si ꝯsiderant ratiõe alicuius ꝓprietatis superaddite eis. sic bene regunt. vt dictũ est in secunda conclusione.

¶ Arguit octauo. Hoc aduerbiũ ecce nõ regit a parte post nominatiuũ vel accusatiuũ. igitur. Probat antecedens. q̄ si sic sequeretur ꝙ omne aduerbiũ regeret nominatiuũ vel accusatiuũ. ꝓbat. idemptificata causa idemptificatur effectus. sed omnia aduerbia habent eundem modũ significandi. ergo habent idem regimen. Tenet consequẽtia. quia modi significandi sunt principia regiminis. Maior. q̄ causa est ad quam sequitur aliud. Minor. quia omnia aduerbia significant per modũ determinantis alterũ. qḋ significat per modũ fluxus ⁊ fieri. Dico verũ argumentũ concludit ꝙ omnia aduerbia habent eundem modũ significandi generalem. sed nõ specialem. ⁊ sic dico ꝙ modi significandi generales nõ sunt ꝑncipiũ regiminis nisi remote ⁊ dispositiue. sed modi significandi speciales sunt ꝑncipiũ regiminis proximũ ⁊ ꝓpinquũ. Et tantũ de regimine nominatiui.

De regimine genitiui.

Est obliquoꝝ regimen quod scire laboras
In primis regimen quod fit per nomina. post hec
Quod fit per verba. de hic quod fit ꝑ cetera dices
Hic exempla notes quibus ista videbis aperte.
Nomen significans possessum da genitiuo
Dicere si vere possis: istud mea res est
Cum nihil adiungas tunc est possessio pura
Dentur in exemplis tibi. equus regis. aula ducis
Si petis adiungi. non est possessio pura
Per plures species huius diuisio fiet
Pars propriumq̄ regunt genitiuos: atq̄ reguntur
Dum tamen attendas laudem vel crimen vtrimq̄
Dextera viri fortis. speciem superat mulieris
Vir fortis dextre. speciei femina mire

Uir duri capitis. ⁊ forme femina turpis.

Utrū inter regimina genitiui p̄ncipalia regimen ex vi possessiōis ⁊ demōstratiōis essentie ab alexandro in littera est bene assignatū. Pro intellectiōe questiōis more Notandū est p̄mo ꝙ questio hec tria querit. Primo q̄rit vtrū ipiꝰ gti sint aliqua regimina p̄ncipalia. Scd̄o q̄rit vtrū aliqd̄ sit regimē gti ex vi possessiōis. Tercio querit vtrū aliqd̄ sit regimē gti ex vi demōstratiōis essentie. Pro parte p̄ma q̄stiōis intelligēda Nō ordinis quare alexāder priꝰ determinat de regimine nti ⁊ postea de regimine obliquoꝝ. Causa enim p̄cedit effectū. ntūs aūt est causa obliquoꝝ. ergo priꝰ determinat de regimie nti q̄ habet se vt causa obliquoꝝ. ⁊ postea de regimie obliquorū q̄ habet se vt effectꝰ. Est etiā hic sciēdū ꝙ fm aristot elem. x. methaphisice. In omni genere rerū est dare vnū p̄mū qd̄ est metrū ⁊ mēsura oīm alioꝝ. vt in gnere lucidoꝝ est dare p̄mū lucēs. ⁊ hoc est sol. Et in genere calidoꝝ est dare vnū p̄mū scꝫ ignē. a quo oīa alia dicunt calida p participationē. sic i p̄posito multa sunt regimina ipiꝰ gti. vt patet inferiꝰ. ergo oportet dare vnū generale regimen ipiꝰ gti qd̄ est metrū ⁊ mēsura oīm sequētiū. ⁊ hoc est regimen ex vi possessiōis. regimē ergo ex vi possessionis est cōmunissimū regimē. quo ipe gtūs habet regi. ⁊ ergo alexāder nominat p̄mū regimē genitiui ex vi possessiōis ideo. q̄a omne regimen est denominādū a regēte p̄ncipaliter in cōparatiōe ad rectū. sed dictio regens genitiuū ex vi possessionis s̄ficat rem p modū rei possesse. ergo tale regimē denominat ex vi possessionis. Regimina ergo genitiui sunt duplicia. quedā p̄ncipalia. et quedā minꝰ p̄ncipalia. Principalia sunt sex. Primū regimē ex vi possessiōis ꝯmunissimū. Secūdū ex vi partis. Terciū ex vi demōstratiouis essentie. Quartū ex vi actus ꝯuersi in habitū. Quintum ex vi cause. Sextū ex vi relatiōis. Unde v̄sus. Posses. pars. actꝰ. essentia causa relatꝰ. Hec sex p̄dicta genitiuū iure gubernat. Alia aūt sunt regimina ipiꝰ genitiui minꝰ p̄ncipalia. que scilicet reducunt ad ista sex p̄ncipalia iam dicta. De quibus sufficienter dicet inferius.

Notādū secūdo ꝙ p̄mū regimen p̄ncipale est regimen ex vi possessiōis. De quo alexander in littera ponit duas regulas. Prima. Dictio significans possessorem regit a parte post genitiuum significantē rem possessam. vt dn̄s vince. dux aule. Secunda regula. Dictio significans rem possessam apta nata est regere post se genitiuum significantem possessorem vt aula ducis. vinea domini.

Ex littera sentētiā alexandri habet ꝙ possessio est duplex scilicet pura ⁊ impura. Pura est quādo demonstrata aliqua re vere possum dicere. hec res est mea. nihil ampliꝰ addēdo. vt equꝰ martini si equꝰ est p̄priꝰ martini. Possessio aūt impura ē quādo res possessa nō pure pertinet ad possessorē. sic ꝙ demōstrata aliqua re nō possum vere dicere. hec res est mea. vt dicēdo. meꝰ equꝰ si equꝰ sit accomodatꝰ mihi. Sequit corrollarie ꝙ possessio pura aliter exprimit ⁊ aliter impura. Impura exprimitur p gtm̄ huiꝰ p̄nois ego secūdū scilicet mis. Sed possessio pura exprimitur p genitiuū p̄mū huiꝰ p̄nois ego scilicet mei. Priscianus aūt ita diffinit possessionē purā. Possessio pura est quādo potest fieri resolutio oratiōis. sic ꝙ gtūs mutari potest in nominatiuū. ⁊ nominatiuꝰ in accusatiuū mediāte hoc verbo habet vel possidet. vt. manus petri. que resoluit sic: petrꝰ habet manū. Equꝰ regis. resoluitur sic. rex habet equū. Sed possessio impura est quādo nō potest fieri resolutio oratiōis. sic ꝙ gtūs posset mutari in ntm̄. ⁊ ntūs in accusatiuū mediāte hoc verbo habet vel possidet. vt. vir fortis dextre. hec eñ resolutio nō valet. dextra habet virū fortē. q̄a dextra non habet virū. Pars eñ nō habet totū. sed potiꝰ ecōuerso totū habet partem.

Notandū tercio ꝙ secūdū regimē p̄ncipale ipiꝰ gti est regimē ex vi demōstratiōis essentie. Cuiꝰ alexāder in littera ostēdit quattuor regulas. Prima. Dictio significās partē ꝯgrue potest regere gtm̄ significantē totū illiꝰ partis mediāte adiectiuo qd̄ importat laudē vel vituperiū ex vi demōstratiōis essentie. Exēplū de laude. Dextera fortis viri. De vituperio. Dextra debilis viri. Scd̄a regula. Dictio significās p̄prietatē accidētalē apta nata est regere ex vi demōstratiōis essentie gtm̄ significātē subiectū illiꝰ p̄prietatis mediante adiectiuo laudis vel vituperij. Exēplū de laude. Iste superat speciē pulchre mulieris. Exēplū de vituperio. Species turpis mulieris. Tercia regula. que ꝯuertit p̄mā. Dictio significās totū apta nata est regere ex vi demōstratiōis essentie gtm̄ significātē partē. mediante adiectiuo laudis vel vituperij. Exēplū de laude. Uir fortis dextre. De vituperio. Uir fragilis dextre. Quarta regula que est conuersiua scd̄e. Dictio significās subiectū apta nata est regere ex vi demōstratiōis essentie gtm̄ significātē p̄prietatē illiꝰ subiecti. mediāte adiectiuo importāte laudē vel vituperiū. Exēplū de laude. Femina mire speciei. De vituperio. Femina turpis forme. Sequit corrollarie ꝙ si in his oratiōibꝰ nō poneretur adiectiuū laudis vel vituperij gtūs nō regeretur ex vi demōstratiōis essentie. sed potiꝰ ex vi partis

totius subiecti aut ꝓprietatis. vt patebit in alia questione. vt man⁹ iohānis.

Est ibi sinodoche: quādo faciem: nigra dentes
Alber: nuda pedes: mulier redimita capillos

Utrū regimen accusatiui ex vi sinodoches sit bene ab Alexandro in textu assignatū. Pro intellectione questionis more Notandum est primo. Postqꝫ alex. determiauit de regimine duoꝝ obliquoꝝ scilicet gti et dti. Jā cōsequēter detminat de regimine tercij obliqui scilicet acti. Et ratio quare cōuenierēt regimē acti sequiṫ regimē datiui. qa datiu⁹ et actūs sunt casus oppositi. nō opposita iuxta

se posita magis elucescūt: dicit enī ꝓmo de anima. Rectū est index obliqui. ꝙ aūt dtūs et actūs sunt casus oppositi. dicit Joānes ianuēsis in catholicō dicēs. ꝙ dtūs est casus amicorū. qa amicorū est dare. Cū munera placāt homines et deos. Actūs aūt est casus inimicoꝝ. Inimici enim accusant se inuicē. Est enim sciendū ꝙ actūs regitur generaliter a sex partibus. Primo a nomine: vt albus dentē: de quo querit presens questio. Scđo a verbo: vt lego librū. Tercio a ꝑticipio: vt legens lectionē. Quarto ab aduerbio: vt ecce magistrū. Quinto a ꝑpositione: vt ad patrē. Sexto ⁊ vltimo ab interiectione: vt o virū ineffabilem. scđm illū modū qui dict⁹ est quō partes indeclinabiles possunt regere post se obliquos. vt patuit in prima parte huius exercitij de regimine nominatiui.

Notandū secūdo. ꝙ Alexāder volens determinare de regimine acti. Primo ostendit quō actūs regit figuratiue. ⁊ postea quomodo regit sine figura et simpliciter: cuius ratio scđm Henricum de campo est hec: quia ꝑus vicia sunt extirpanda et demū vtilia plantanda: quēadmodū agricola facit. cōstat aūt ꝙ regimē figuratiuū includit viciū vt ostensum est circa figuras ꝯstructionis ꝓdictas. Regimen aūt simpliciter cōgruū est sine vicio: merito alex. ꝑus determinat de regimine acti ostendēdo quō regit cū figura: ⁊ postea quō regitur sine figura. Vult ergo alexander talē regulā ex textu. Dictio significans ꝓprietatē inexistentē ⁊ ꝯuenientē parti a qua totū habet denominari et denominat regit a parte post actm̄ significantē illā partē ex vi sinodoches. vt mulier est nigra faciē. in quo exemplo hoc adiectm̄ nigra significat ꝓprietatē que inexistit parti a qua tamē nigredine cū inexistit faciei totus homo denoiat niger: regit illū actm̄ scilicet faciē qui significat partē. Sequit corollarie ꝙ i regimie ex vi sinodoches debent esse tria. Primo dictio significās totū. scđo dicō significās ptē. tercio dictio significās ꝓprietatē accidētalē. vt patet in istis exēplis mulier nigra faciē. mulier redimita. id est: est ornata capillos. mulier nuda pedem.

Notandum tercio: ꝙ sinodoche est duplex scilicet locutionis et ꝯstructionis. Sinodoche ꝯstructionis fit duplicit. Primo quādo pars ponit ꝓ toto. vt animus mulieris est mihi nuptus id est despōsatus. In quo exemplo anim⁹ mulieris ponit ꝓ tota muliere non solū anima vel animus mulieris despōsat. sed tota mulier. Scđo sinodoche fit quādo econuerso totū ponit ꝓ parte. vt cū dicimus sancte petre ora ꝓ nobis. In quo exemplo hoc totū sancte petre ponitur

pro parte. Sanctus enim petrus nō orat qa est mortuus: sed aīa sci petri que est in celo orat. Similiter cū dico: affer mihi fontē: totū scilicet fons ponit ꝓ parte quia ꝓ aqua fontis. Sinodoche aūt cōstructionis fit quādo ꝓprietas partis attribuit toti sub discōueniētia accidentiū grāmaticaliū. vt hic albus dentē. Dicit autē sinodoche a sin quod est con ⁊ doches vel dochen captio: quasi captio partis ꝓ toto vel ecōuerso captio totius ꝓ parte. Viciū aūt in sinodoche cōstructionis est discōueniētia adiectiui et substantiui in genere. Ratio excusans est breuitas. quia breuius est dicere. nigra faciē ꝙ̄ nigra secūdū faciem. Sequit corrollarie ex dictis ꝙ plures sunt figure ꝯstructiōis ꝙ̄ quinqꝫ computādo minus principales qualis est sinodoche. sed principales solum sunt quinqꝫ: vt probatū est prius.

Notandum quarto et vltimo. Qr accusatiu⁹ regit ex vi sinodoches quattuor modis. Primo a noibus adiectiuis. vt albus dentem. Scđo a verbis neutralib⁹. vt doleo caput. Tercio a verbis passiuis. vt trūcat caput: frangit crus. Quarto a ꝑticipijs ꝓteriti temporis deriuatis a verbis passiuis. vt lesus pedem. Indutus dn̄s fortitudinē. Joānes tamen ianuensis adhuc addit duos modos. Primus fit respectu nominis infiniti. vt quis genus: que valet istā: quis est iste scđm genus. Scđo a nominibus gentilibus. vt grecus gentē. teutonicus gentē. vnde dicit florista. Et q̄ sic positū poteris reperire locatū. Qui genus vnde estis quo tenditis vnde venistis. Dat etiaꝫ talem gentile patria legem. Hildeniensis ꝓ patriā normā dedit istam Teutonic⁹ gentē q̄ dicit esse ludolfus. Istis notabilib⁹ sic stātib⁹ est

Conclusio respōsalis. Littera alexādri de regimine accusatiui ex vi sinodoches est bene assignata patet ꝯclusio ex dictis.

¶ Arguitur primo. In ista oratione albus dentē hic non est regemē igitur. Probat añs. vbicunqꝫ est regimē ibi est ꝯgruitas. sed hic non est cōgruitas albus dentem igit. Maior est nota. quia regimē oritur ex proportiōe modoꝝ significādi vt ꝓbatū est ante. Minor patet. qa in ista albus dentē adiectiuū et sūbstātiuū discōueniūt in casu. Dico verū argumentū cōcludit. ꝙ in ista albus dentem nō est regimē sub cōgruitate simpliciter. sed est regimen cum figura vt patuit in notabili vltimo.

¶ Arguit scđo. Albus dentem hic non est regimen cum figura. Probatur sic. quia si sic: sequeret ꝙ plures essent figure ꝯstructiōis ꝙ̄ quinqꝫ quod est falsum. ꝓbatur sequela. quia sinodoche esset quinta mō florista dicit. Plures structure nō sunt nisi quinqꝫ figure. Dico ver argumētū

concludit. q figure ↄstructiōis solū sunt q̄nq̄ p̄ncipales. tamē possunt esse plures minus p̄ncipales vt sinodoche.

¶ Arguitur tercio. Si nomē adiectiuū nt̄i casus haberet regere accusatiuū ex vi sinodoches. tunc sequeret q eius obliq̄ etiā sic regerēt accusatiuū ex vi sinodoches qd̄ tamē est falsū. hanc em̄ nullus admittit vel consimilem. mulieris nigre faciē. sed p̄batur sequela ex autoritate p̄sciani p̄mo minoris cū dicit. Quecunq̄ casum regit nt̄us eūdem regunt omnes eius obliqui. Dico verū argumētū ↄcludit. q sicut nominatiu⁹ adiectiualis regit actm̄ ex vi sinodoches sic q̄libet eius obliqu⁹ hoc posset agere quātū esset de natura. licet hoc nō sit in cōi vsu.

¶ Arguit quarto. Etiā adiectiua possunt regere actm̄ sine figura. ergo falsum est dicere q nullū nomē regit actm̄ sine figura. Probat aīs In ista oratione. deus est exosus peccata. vbi exosus est nomē et regit accusatiuū. similiter perosus est nomen et tamē regit actm̄ sine figura. q aūt exosus et posus sunt nomina est p̄sciani capitulo. xi. de p̄ticipio. Dico verū argumentū cōcludit. q exosus et posus regunt accusatiuū nō in quātū noīa sz in quantū p̄cipia. vnde exosus et posus quando resolunt p̄ verba tūc sunt p̄cipia. vt iste est exosus id est. habetur in odio. sed quando exponitur per dignuz tunc est nomen nec sic regit accusatiuum.

¶ Arguit quinto. Adiectiuū non regit accusatiuū ex vi sinodoches. Probatur. quia vel ergo omnē: vel nō omnē: nullū illorū est dicēdum Non omnem. q̄a hec est simpliciter inepta. nec admittitur: ioannes est niger virū. nec etiā nō omnē. quia nō videtur maior ratio de vno q̄z de alio. Dico q noīa adiectiua regūt actm̄ non omnē. sed illum qui significat partē cui inest p̄prietas a qua ratio potest denoīari. sic aūt non est in isto exemplo ioannes est niger hominem.

¶ Arguit sexto. Alexander est diminutus determinādo de regimine ex vi sinodoches. Probat. quia etiā verba regunt accusatiuū ex vi sinodoches. similit participia. et de illis modis non dicit. igitur alexāder est diminut⁹. Tenet ↄsequētia. quia nō ponit ponenda Dico q alexander ponit modos plus vsitatos. modus aūt iste q actūs regitur a verbo ex vi sinodoches non est cōiter vsitatus. similiter dicatur de p̄ticipiis. sed a nominibus adiectiuis est plus vsitatus.

¶ Arguit septimo. Proprietas partis nō potest attribui toti. igitur conclusio falsa. Probat sic. Illud quod inest parti nō potest inesse toti ergo idem q est partis nō potest attribui toti. Tenet ↄsequentia. q̄a si illud qd̄ est partis debet attribui toti: tūc vtiq̄z illud qd̄ inest parti

debet inesse toti. Antecedēs patet. q̄a si sic sequeret q idē accn̄s esset in diuersis subiectis qd̄ est cōtra aristotelē septimo methaphisice cū dixit. q accidēs nō migrat de subiecto in subiectū. Dico q illud quod inest parti nō potest inesse toti verū ē nō scd̄m numerū. sed bene scd̄m speciem et sic idē accn̄s est in diuersis scd̄m spēm. sed nō scd̄m numerū.

¶ Arguit vltimo. Sinodoche nō est figura ↄstructiōis igit. Probat quia seq̄ret q plures essent figure ↄstructionis q̄z q̄nq̄ quod est cōtra floristā cū dicit. Plures structure nō sunt nisi q̄nq̄z figure. Dico veruz argumentū cōcludit. q tantū q̄nq̄ sunt figure cōstructiōis p̄ncipales modo sinodoche est figura cōstructionis minus principalis. vt declaratum est superius.

Multotiens verbū fert significata duorum
Uoce gerundiui solet vnum significari
Accusatiuos hoc verbum dat tibi binos
Dum manet actiuum: sed et alter habetur eorum
Qui si iungatur passiuo non variatur
Infinitiui natura modi sociatur
Impersonalis tamē hinc modus excipiatur
Hinc datur exemplum tibi triplex: dico magistrum
Discipulos mores placidos de iure docere
Infinitiui natura regit preeuntem
Doctrinam capiēs regitur vi transitionis
Hocq̄z gerundiuū tradendo dic ibi clausum
Cuius vi regitur casus qui non variatur
Dum per passiui vocem volo dicta resolui
Aut illic positi regit hunc vis propria verbi

Utrum regimē accusatiui a verbis duo significata habentibus in textu ab alexandro sit bene assignatū. Pro intelectiōe questionis mote notandū est primo. Quia titulus questionis innuit vnum verbum habere sc̄ata duorū Sciendū verbū vnū gerere sc̄ata duorū intelligit dupliciter. Uno modo formaliter. sic q tale verbum ex impositiōe primaria habet duo significata. isto modo verba cōia

et equiuoca dicũt habere significata duorum verborũ. vt criminor Unde Donatus dicit ꝙ verba cõia cadunt in duas formas id est in duas significatiões. Criminor enĩ absolute positũ significat actiue et passiue simul. sed quãdo regit actiũ tantũ tũc significat actiue. vt criminor te. que valet tantũ. ego cõfundo et vilipendo te. sed quando regit ablatiuũ tunc significat passiue tantũ. vt criminor a te. q̃ valet tantũ ego cõfundor vel vilipendor a te. et isto modo hic alexãder nõ loquitur de verbo qd habet significata duorũ verborũ. Scdo intelligitur verbum gerere significata duorũ verborꝫ expositiue ꝛ declaratiue vel resolutiue cuius scilicet significatio exprimitur ꝑ duo verba vt patebit inferius. Joãnes monachi in scripto suo dicit. Illud verbum dicit gerere significata duorũ verborꝫ qd ꝑtinet ad diuersos actꝰ qui diuersi actus exprimunt et resoluũtur per duo verba. vt hoc verbum doceo habet significata duorꝫ verborũ. Ille enim qui docet duo agit. Agit eni in discipulum et similiter in artem quã docet. vt patet in isto exemplo doceo te grãmaticã: te significat rem que suscipit. sed grãmaticã significat scientiã et artem quã informator informat.

Notandum secũdo: ꝙ verba sunt triplicia secundũ intentionẽ Joãnis ianuensis in grammatica. Quedã enĩ sunt debilis transitionis. que scilicet regunt tantũ actiũ ꝓprie significatiõis et nõ aliene et hec vocatur verba absoluta. vnde verba absoluta sunt que pro sui actus specificatione non indigẽt obliquo casu a parte post. hec enĩ est inepta. curro ciuitatem. tamẽ actiũ ꝓprie significationis regũt vt curro viã. Alia sunt verba vehementis transitiõis id est maioris transitiõis. que scilicet pro sui actus specificatione indigent obliquo casu a parte post. vt lego librũ. Alia sunt verba vehementissime transitiõis. que scilicet pro sui actus specificatiõe indigẽt duobꝰ accusatiuis a parte post. vt doceo te grãmaticã. ꝛ illorꝫ verborꝫ significatio nõ sufficiẽter exprimit ꝑ vnũ accusatiuũ. sed reqrit duos. cũ enĩ dico doceo te est sensus incõpletus. sed cũ dico. doceo te grãmaticã est sensus perfectus. Et de regimine oĩm istorꝫ verborꝫ Alexander determinat in littera ꝑsenti.

Notandũ tercio. Ex littera Alexandri eliciũt quatuor regule. Prima regula. Uerbũ qd habet significationẽ duorꝫ verborꝫ tale verbũ sub voce actiua regit a parte post duos accusatiuos. vt doceo te grãmaticã. Secũda regula. Uerbũ passiuũ qd descendit

a verbo actiuo qd regit duos accusatiuos. tale verbũ passiuũ solũ regit vnũ accusatiuũ. scilicet illũ q̃ manet inuariabilis. cũ oratio actiua mutat in passiuã. vt hic doceo te grãmaticã. resoluitur sic. tu doceris a me grãmaticã. Tercia regula est ista. Infinitiuus veniẽs a verbo actiuo qd potest regere duos accusatiuos talis infinitiuus potest regere tres accusatiuos. vnũ a parte ante. ꝛ duos a parte post. vt dico magistrũ docere discipulos placidos mores. in quo exẽplo iste accusatiuus magistrũ regit a parte ante. ꝛ isti duo discipulos ꝛ placitos mores regunt a parte post. Ab ista regula excipit infinitiuꝰ verbi impersonalis passiue vocis. q̃ nõ regit accusatiuũ a parte ante. sed ablatiuũ vt a me doceri grãmaticã est bonũ. Quarta regula. Accusatiuus rectus a parte ante ab infinitiuo regit ex vi nature istius infinitiui. sed secũdus accusatiuus q̃ significat rem capientẽ doctrinã. vt discipulos regit ab eodẽ infinitiuo ex vi transitionis. sed accusatiuus secundus q̃ manet inuariabilis dũmodo oratio actiua mutatur in passiuaꝫ regit a gerundio trahendo subintellecto. vel a propria natura verbi quod ibi ponitur.

Notandũ quarto ꝛ vltimo ꝙ infinitiuus verbi ꝑsonalis passiue vocis excipit quo ad regimen a parte ante. q̃a nõ regit accusatiuũ a parte ante. sed ablatiuũ. Nõ tamen excipit quo ad regimen a parte post. q̃a talis infinitiuus etiã potest regere duos accusatiuos a parte post. vt hoc verbũ passiuũ amor regit ablatiuũ a parte post. vt ego amor a petro. ergo eius verbum impersonale passiue vocis scilicet amat regit ablatiuũ a parte ante. dicendo. a me amari deum est bonum. Et ratio quare regit ablatiuũ a parte ante. est ista. q̃a quecũqꝫ casum regit verbũ ꝑsonale a parte post. eundẽ casum eiꝰ verbũ impersonale passiue vocis regit a parte ante. ꝛ q̃a verbũ passiuũ regit ablatiuũ a parte post. ergo infinitiuꝰ verbi impersonalis passiue vocis debet regere ablatiuũ a parte ante. Ratio aũt illius quare vnꝰ accusatiuꝰ regit a verbo tradendo subintellecto. q̃a quãdo magister informat bonos mores tũc tradit eos. ergo regit vnũ accusatiuorꝫ ratione illius gerundij subintellecti scilicet tradendo. Est etiã notandũ ꝙ cũ oratio actiua resoluit in passiuã. talis resolutio debet sic fieri. sic ꝙ actũs in oratiõe actiua positus qui significat rem recipientem. debet mutari in nominatiuã qui debet reddere suppositũ verbo passiuo. Suppositũ aũt verbi actiui debet mutari in ablatiuũ mediante ꝑ

positiõe a vel ab. ⁊ verbũ actiuũ debet mutari in passiuũ scđm ꝯgruitatē suppositi. ⁊ secũdus accusatiuus debet manere inuariabilis. vt doceo te te grãmaticã. resoluit͛ sic. tu doceris a me grãmaticã. Istis notabilibus sic stantibus est.

Conclusio responsalis. Littera Alexandri de regimine verboꝝ que habent significata duoꝝ verboꝝ est sufficienter et bene assignata. patet conclusio ex his que dicta sunt

¶ Arguit͛ p̄mo. Uerbũ qđ gerit significata duoꝝ non regit duos accusatiuos. Probat͛ antecedens. q̄a sequeret͛ ꝙ solũ verba equiuoca regerent duos accusatiuos. qđ est falsum. Probat͛. Illud verbum regit duos accusatiuos qđ gerit ⁊ habet significata duoꝝ verboꝝ. sed solũ verbũ equocũ habet significata duo. igit͛. Maior est nota ex textu. Minor. q̄a equocũ significat plura vno noīe ⁊ diuersis rationib᷒. vt patet in p̄dicamētis. Cōstat aũt ꝙ verba que regũt duos accusatiuos sunt vniuoca. vt doceo. instruo. informo. Dico verũ argumentũ concludit ꝙ verbũ in ꝓposito nõ dicit͛ gerere significata duoꝝ verboꝝ formaliter ratiõe significatiõis p̄marie. sed solũ declaratiue ⁊ expositiue vt dictũ est in p̄mo notabili. quare argumentũ nõ concludit.

¶ Arguit͛ secũdo. Unũ verbũ nõ regit duos accusatiuos. igit͛. Probatur antecedens. q̄a vnus actũs regit͛ a gerundio tradendo. vt dicit͛ alexander in textu cũ dicit. Cuius vi regit͛ casus q̄ nõ variatur. si ergo regit͛ a gerũdio tũc nõ regit͛ a verbo alio. Dico verũ argumentũ cõcludit ꝙ regit͛ a gerũdio. cũ expresse ponit͛ gerundiũ. si aũt gerundiũ nõ ponit͛ expresse tunc regit͛ a verbo qđ gerit significata duorũ vboꝝ. ⁊ etiã ſm veritatē tũc regit͛ a ṽbo qđ gerit significata duorũ verboꝝ. sed scđm oppinionē aliquoꝝ tũc regit͛ a gerũdio tradēdo qđ nõ intelligit͛ causa regiminis. sed potius causa certitudinis significationis ⁊ melioris expressionis.

¶ Arguit͛ tercio. Unũ verbũ nõ regit duos accusatiuos a parte post igitur. Probat͛ antecedens. q̄a vnũ verbũ nõ regit duos ntõs a parte ante. ergo nec etiã duos accusatiuos a parte post. Tenet cõsequētia q̄a nõ videt͛ ratio diuersitatis. Antecedēs patet. q̄a vnus ntũs potest sufficienter esse causa actus verbi significati per verbũ. Dico ꝙ ratio diuersitatis est ista. q̄a modus significãdi illius verbi repugnat duplici ntõ. nõ aũt duplici actõ. q̄a vnũ suppositũ potest efficere actũ illius verbi. sed vnus actũs nõ potest terminare actũ illius ṽbi a parte post. qđ dicitur vehementissime transitionis.

¶ Arguit͛ quarto. Uerbũ passiuũ veniēs ab illo verbo actiuo nõ regit actm̃ a parte post. igit͛. Probat͛ antecedēs. Propria passio nõ derelinquit suũ subiectũ. sed ablatiuus casus est ꝓprius casus verborum passiuoꝝ. igitur verbũ passiuũ regit ablatiuũ ⁊ nõ actm̃. Maior ē nota. q̄a ꝓpria passio inseparabiliter sequit͛ subiectũ. Minor est prisciani secũdo minoris. vbi ostēdit ꝙ ablatiuus est ꝓprius casus verborũ passiuoꝝ. Dico verũ argumentũ cõcludit ꝙ verbũ passiuũ vt passiuũ solũ regit ablatiuũ mediante p̄positiõe a vel ab. sed verbũ passiuum participãs vltra passionē aliquã aliã naturã etiã potest regere accusatiuũ vt in ꝓposito. q̄a deriuatur a verbo vehementissime transitionis. cuius naturam participat.

¶ Arguitur q̄nto. In exemplis predictis nõ subintelligitur verbum tradendo. Probatur antecedens. q̄a in ista oratiõe. Exuo te tunicam in qua oratiõe nõ subintelligit͛ hoc gerundiũ tradendo. Probatur. q̄a esset sensus cõtrarius. Probatur. q̄a valeret tm̃ exuo te tradēdo tibi tunicã. qđ est falsum. cũ em̃ aliquē exuo nõ trado ei tunicã. sed potius aufero. Dico verũ argumentũ cõcludit ꝙ nõ semꝑ in huiusmodi orationibus intelligit͛ hoc verbũ tradendo. sed aliquãdo etiã eius oppositũ. vt recipiendo. nec Alexander hoc voluit. Sed solũ in isto exemplo. doceo te grãmaticã. vbi intelligitur hoc verbum tradendo.

¶ Arguitur sexto. Hoc verbũ doceo regit tres accusatiuos a parte post. ergo nõ duos. Probatur in ista oratiõe. Doceo discipulos placidos mores. in qua oratiõe sunt tres acti. scilicet discipulos. placidos ⁊ mores. Dico verũ argumentum cõcludit ꝙ absolute sunt tres. sed duo cõputantur ꝓ vno. scilicet placidos mores. q̄a habent se vt adiectiuũ ⁊ substantiuũ. ⁊ vt determinatio ⁊ determinabile. modo determinatio ⁊ determinabile faciũt vnũ sicut actus ⁊ potentia.

¶ Arguitur septimo. Unũ verbũ nõ regit duos accusatiuos a parte post. igitur. Probatur antecedēs. Uni dependentie correspõdet vnus termin᷒ ⁊ finis. sed vnius verbi est vna dependētia. ergo vnũ verbũ regit solũ vnũ accusatiuũ. Maior est nota. q̄a cõstructibile regens ⁊ rectũ ꝓportionatur. ⁊ ergo vni dependentie correspondet vnus terminus. Minor. q̄a sicut verbum est vnum. ita etiã eius dependentia est vna. multiplicato em̃ subiecto multiplicãtur etiã accidētia subiecti. Dico verũ argumentum cõcludit ꝙ vnius verbi est vna dependentia vltima. tamē vnius verbi possunt esse plures dependētie sub-

ordinate. vt patet in isto exemplo. Docco te grammaticam.
¶ Arguitur vltimo. Infinitiu⁹ nō regit accusatiuū a parte ante. igit
Probat. nec transitiue nec intransitiue. igitur. Tenet cōsequentia ex
sufficienti diuisione. Antecedens probatur ꝙ nō transitiue. Proba-
tur. qꝛ cōstructio trāsitiua fit a parte post. modo accusatiuus ꝯstrui-
tur a parte ante respectu infinitiui. sed ꝙ non intransitiue. quia accu-
satiuus est casus transitionis. videtur ergo ꝙ construitur transitiue
Dico ꝙ accusatiuus est casus transitionis. verum est respectu verbi
a parte post cōstructi. nō aūt a parte ante qualiter hic contingit.

Accusatiuis data per vim transitionis.
Si vox concordat actiua frequenter habebis.
Verbo composito casum quandoqꝫ locabis.
Quem dat componens: vt vis exire penates.
Penitet ꝛ tedet miseret ꝛ piget ꝛ pudet ista
Accusatiuos sibi iungunt ꝛ genitiuos.
Accusansqꝫ modo damnansqꝫ locatur eodem.
Verbaqꝫ sumpta foris christi bonus ardet amorem.

Utrū littera Alexandri incipiēdo ibi Accusatiuis
data. vsqꝫ ad istā litterā. Que sine ꝑsonis sit bene assignata. Pro in-
tellectione questiōis more notandū est p̄mo ꝙ in p̄cedenti questione
determinatū est quō verba vehementissime transitionis regunt du-
os accusatiuos. hic aūt determinat de regimine acti prout regitur a
verbis vehementis transitionis. Et vult istā regulā. Uerba actiua
frequenter regunt accusatiuū a parte post ex vi transitōis. ꝛ hoc est
verū si vox cōcordat illius verbi actiui cū accusatiuo. vt lego librum
Due ergo conditiones scd̄m iohānē monachi requirunt ad regimen
accusatiui ex vi transitiōis. Prima ꝙ sit verbū qd̄ significat ꝑ modū
transeuntis vel transitionis in alterū. Secundo requirit ꝙ actus si-
gnificet rem proportionatā tali transitioni que res poterit termina-
re talē fluxū. Et ergo hec nō est cōgrua. lego lapidē. Sequit corrol-
larie p̄imo ꝙ verbū actiuū nō regit quēlibet accusatiuū. sed accusati-
uū ꝓportionatū ꝛ aptū. Dicit eni secūdo de aīa. Act⁹ actiuoꝝ sunt in
paciente bene ꝯdispositō. Sicut in simili signū vniuersale reqrit ter-

minū quē distribuat. sed nō reqrit quēlibet terminū. qꝛ nō quēlibet di-
stribuit. Dicit eni q̄nto methaphisice. Nemo dicit bene. omīs socra-
tes. nō eni termino singulari addit cōuenienter signū vniuersale af-
firmatiuū. Sequit corrollarie secūdo ꝙ alexander dicens in littera.
Si vox cōcordat. vult tantū. id est si modus significandi importat⁹
per vocē verbi actiui cōcordat ꝛ proportionat actō. hoc est rei signi-
ficate per accusatiuū. Scd̄m itaqꝫ intētionē iohānis monachi est hec
regula generalis. Oīe verbū actiuū transitiue positū. regit a parte
post accusatiuū vel accusatiuos. in quē vel in quos denotat transiti-
re actus illius verbi. vnde ꝛ alexander dixit frequenter. qꝛ aliquan-
do verbū transitiuū nō regit accusatiuū. vt hic. ego amo. similit hic
quotidie docebat in tēplo. Sequit corrollarie ꝙ ista regula nō intel
ligit tm̄ de verbis actiuis. sed absolute de oīibus verbis transitiuis
transitiue positis significantibus actionē nō curando cuiuscūqꝫ gene
ris sint. siue actiui. siue deponentis. siue cōmunis.

Notandū secūdo ꝙ alexander i ista littera ꝛ seque
ti. scilicet. Uerbo cōposito casum quandoqꝫ locabis determinat de re
gimine verboꝝ debilis transitionis. vt eni ostensū est ante. verba de
bilis transitiōis nō possunt regere accusatiuū aliene significationis.
qꝛ male dicit. curro iohannē. Accusatiuū tamē ꝓprie significationis
regere possunt. vt curro viā. sto stationē. Unde scd̄m iohānē mona-
chi verba debilis trāsitiōis possunt regere accusatiuū aliene signifi-
cationis quattuor modis. Primo per sinodochen. vt doleo caput. Et
de isto modo dictū est implicite cū determinatū est de sinodoche Se
cūdo hoc potest fieri ꝑ transumptionē. vt sitio diuicias. Et hoc tan-
git alexander cū dicit. Uerbaqꝫ sumpta foris. Tercio quādo talis ac
cusatiuus ponit aduerbialiter. vt hic viuit asinū id est asine. Et hoc
tangit ibi. Sepe regente caret vite modus. Quarto mediante ꝯpposi
tione. vt iste anhelat ad bellū. Similiter hic exire penates: ꝛ istū mo
duz tangit alexander in textu cū dicit. Uerbo cōposito. Et vult talē
regulā. Multotiens verbū cōposite figure regit accusatiuū ratiōe ꝯ-
positiōis cōponētis. quē tale verbū ꝑ se regere nō potest. vt vis exi-
re penates. Penates aūt apud antiquos significabat loca in quibus
colebant dij. vel etiaz penates dicunt dij domestici. Et dicunt pena-
tes quasi penes nos geniti. Sic similiter posset poni regula de verbo
debilis transitionis. qd̄ regit accusatiuū cū ꝯpositi ōe in appositione

vt vado ad patrē. Sequit corrollarie ꝙ exeo cōponit ab extra ⁊ eo. ⁊ nō ab ex ⁊ eo. patet. qa alias exire regeret ablatiuum ⁊ nō accusatiuū. Et hanc regulā tangit alexander cū dicit. Uerbo cōposito casum quandoqꝫ locabis. Quē dat cōponens. vt vis exire penates Secunda regula est ista. Uerba transumptiue extra ꝓpriā significationem sumpta regunt a parte post accusatiuū cū gtō. vt bonus homo ardet amorē christi. vbi hoc verbū ardet capit transumptiue pro desiderare. Unde notandū. Dictio vel verbū capit dupliciter. Uno modo ꝓprie vel in ꝓpria significatione. Unde terminus tūc accipit proprie quādo capitur ꝑ illo pro quo imponit ad significandū. vt ardere in ꝓpria significatione significat igne cōburi. Secūdo ardere capitur transumptiue pro desiderare. ⁊ sic capit hic. Unde scdm Johannem monachi similitudo est inter ardere ⁊ desiderare. qa sicut cū hic ignis ardet semꝑ fit maior. Dicitur eīn secūdo de anima. Ignis crescit in infinitū per appositionē combustibiliū. sic amor ⁊ desideriū in bono hoc semꝑ crescit ⁊ augetur. Et hanc regulā tangit alexander cū dicit. Uerbaqꝫ sumpta foris christi bonus ardet amorem.

Notandū tercio. Autor in textu ostendit quō verba impersonalia regunt obliquos casus. Et vult hanc regulā. Uerba quinqꝫ impersonalia in littera posita regunt accusatiuū cū genitiuo. Accusatiuum a parte ante ex vi nature. ⁊ gtm̄ a parte post ex vi transitionis. Et ratio quare illa verba impsonalia regunt accusatiuū ⁊ gtm̄. qa oratio in qua ponunt talia verba impsonalia regunt accusatiuā ⁊ genitiuū. vt hic. Me tedet viciȷ. resoluitur sic. Tedium habet me de vicio ⁊ peccato. Penitet me tui. id est penitentiā habet me de te.

Notandū. Johānes monachi dicit ꝙ ꝑmū in littera nō dicit ordinē casuū: qa sic gtūs esset primus casus. sed debet dicere vel importare prioritatē situs vel costructionis. ⁊ sic i ista. Me penitet peccati. iste accusatiuus me est ꝑmus casus. sed gtūs scilicet peccati est secūdus casus. Aliȷ tamē dicūt ꝙ etiam alexander tenuit hūc ordinē casuū. ⁊ dicunt ꝙ ꝑ ꝑmū casum alexander intellexit gtm̄. sed ꝑ secundū actm̄. ex quo ordine casuū gtūs ꝓcedit actm̄. ⁊ dicūt ꝙ actūs importat passionē. sed gtūs actionē. ⁊ etiā dicunt ꝙ quartus regitur transitiue. ⁊ gtūs intransitiue. cōstat aūt ꝙ regimē trāsitiuū fit a parte post. sed intransitiuū a parte ante. Unde versus. Passio per quartū datur actio per gtm̄. Sic trāsit quartus; sed nō trāsit gtūs. Et hāc

regulā tetigit alexander cū dixit. Penitet ⁊ tedet miseret ⁊ piget et pudet ista. Accusatiuis iungunt cū genitiuis. Natura primū. sed trāsitione secundum.

Notandū quarto ⁊ vltimo ꝙ alexāder in textu ponit adhuc duas regulas. Prima. Uerba importantia actū accusandi regunt a parte post accusatiuū cū gtō. Accusatiuū ex vi transitionis ⁊ genitiuū ex vi cause materialis. vt accuso te sceleris. Secūdā regula. Uerba importantia actū damnandi cōgrue regunt a parte post accusatiuū cū gtō. vt damno te sceleris. Et est notandum ꝙ alexāder in ista littera cū dixit eodē. nō intelligit omnimodā similitudinē. sed aliqualē. Ratio. qa verba impsonalia ꝓdicta regūt accusatiuū. vt communiter dicit a parte ante. ⁊ genitiuū a parte post. sed iste dictiones de qbus dicit littera regunt tam actm̄ ꝙ gtm̄ a parte post. Uult ergo alexander dicere similitudinē generalē. sic ꝙ dictiōes significātes accusationē ⁊ dānationē etiā regūt gtm̄ ⁊ actm̄. licet nō eodē modo ⁊ specialiter sicut verba impersonalia predicta. Istis notabilibus sic stantibus est.

Cōclusio respōsalis. Littera alexandri predicta est bene assignata. Patet conclusio ex his que dicta sunt.

¶ Arguitur ꝑmo. Uerbū actiuū regit ablatiuū. ergo nō accusatiuū. Tenet cōsequētia. qa actūs ⁊ ablatiu9 sunt casus specifice distincti. antecedēs patet in isto exemplo. Quottidie docebā in templo. vbi hoc verbū actiuū scilicet docebā regit ablatiuū scilicet in tēplo. Dico verū argumentū cōcludit ꝙ licet nō semꝑ verbū actiuū regit accusatiuū sufficit tamē ꝙ aptū natū est regere accusatiuū vt patuit i alio exēplo

¶ Arguit secundo. Aliqd est vbū actiuū qd nō regit actm̄. ꝓbat sic. qa do ē vbū actiuū ⁊ tn̄ regit dtm̄. igit nō accusatiuū. Tenet ꝯseqntia qa idē solū facit idē. scdo de gnatiōe. Añs patet in isto exēplo. do tibi. vbi hoc vbū do regit a pte post datiuū scꝫ tibi. Dico verū argumētū ꝯcludit ꝙ vbum actiuum trāsitiue positum regit accusatiuuꝫ. modo in ista oratione do tibi hoc verbum do nō capit transitiue. sed acquisitiue. ⁊ ergo regit datiuum.

¶ Arguit tcio. Uerbuꝫ trāsitiuuꝫ nō regit a pte post accusatiuum. igit. ꝓbat añs i ista. Joānes videt acute. vbi hoc vbuꝫ videt est verbum trāsitiuuꝫ. ⁊ tn̄ nō regit accusatiuuꝫ. sꝫ poti9 habet post se aduerbiuꝫ scꝫ acute. Dico licet hoc vbum videt nō habet post se accusatiuum actu. tn̄ aptitudine. qa i alia oratiōe potest habere.

¶ Arguit quarto. Autor male dicit in textu. Si vox cōcordat. Pro-
batur. qa vox nihil facit ad regimen: Probat: om̄e regimen orit ex ꝓ
portione modoꝝ significandi. sed vox nō est ꝓportio modoꝝ signifi-
candi. igit. Maior est nota. ⁊ patuit ex ꝑcedētib⁹. Minor est nota si
militer. Dico verū argumētū cōcludit ꝙ vox absolute dicta nihil fa
cit ad regimen. sed hic in ꝓposito capit vox pro modo significandi.
valet ergo tm̄. Si vox cōcordat. id est si est ꝓportio modoꝝ significā
di. cōsiderat em̄ grāmaticus ꝑncipaliter modos significandi. ⁊ ex cō-
sequenti voces ⁊ dictiones significatiuas in quibus sunt illi modi si-
gnificandi.

¶ Arguit qnto. Hoc verbū exeo nō regit accusatiuū ratione partis
cōponentis. igit. Probat sic. qa si sic tūc illa ꝑpositio ex deberet rege
re accusatiuū. qd tamē est falsum. Donatus em̄ dicit ꝙ illa ꝑpositio ex
regit ablatiuū. Probat aūt sequela. qa quicqd est in effectu verius est
in causa. Dico verū argumentū cōcluderet si hoc verbū exeo compo
neretur ad ex. sed potius cōponit ab extra. vt dictū est in notabili se-
cundo. Ubi nota ꝙ hoc verbū exeo dupliciter cōsiderat. Uno modo
vt cōponit ab extra ⁊ eo. ⁊ sic vult habere accusatiuū iuxta regulas
alexandri. Alio modo vt cōponit ab ex ⁊ eo. ⁊ sic regit ablatiuū. Un
de Uirgilius in ꝑma Egloga. Quāuis multa meis exiret victima
septis.

¶ Arguit sexto. Si verba impersonalia in littera posita regerēt ac-
cusatiuū ⁊ genitiuū tunc sequeret ꝙ nō differrent a verbis ꝑsonalib⁹
Probat. sic. qa verba ꝑsonalia habent certos casus. sed impersona-
lia incertos. modo hic dicit ꝙ verba impersonalia regunt certos ca-
sus. qa accusatiuū ⁊ genitiuū. Dico verū argumentū concludit ꝙ ver
ba impꝑsonalia habent certos casus absolute. tamen quo ad numerū
⁊ personā bene possunt regere casus incertos. vt quādoqꝫ regunt ca
sus ꝑme ꝑsone. aliquādo secūde. aliquādo tercie. similiter aliquando
regunt casus singularis numeri. aliquando pluralis.

¶ Arguit septimo. Uerba significātia accusationē nō regūt accusa-
tiuū ⁊ gtm̄ sicut verba impꝑsonalia. igit. Probat antecedēs. qa verba
impꝑsonalia actm̄ regūt intransitiue. ⁊ genitiuū transitiue. iuxta expo
sitionē illoꝝ q dicunt ꝙ ꝑ ꝑmū debet intelligi actūe. ⁊ ꝑ secūdū gtūe.
Uel ecōuerso scdm̄ aliā expositionē. Uerba aūt significātia accusa-
tionē regūt tam gtm̄ ꝙ actm̄ ex vi transitiōis Probat. qa ambo con

struunt a parte post. casus aūt a parte post cōstructus cōstruit tranſi
tiue. Dico verū argumentū cōcludit ꝙ eodē modo in textu positū nō
debet dicere omnimodā similitudinē. sed aliqualē. Dicit ergo simili-
militudinē generalē. sed nō specialē. vt dictū est in vltimo notabili:

¶ Arguitur octauo. Aliqd est verbū transumptiue positū qd non re
git accusatiuū. Probatur in isto exemplo. Pratū ridet. capiēdo ridet
pro florere. Dico verū argumentū cōcludit ꝙ nō om̄e verbū trāsum
ptiue positū regit accusatiuū. sed solū illud qd transummitur in ordi
ne ad verbū transitiuū. qualiter nō est de isto. ridet: qd transsumitur
pro florere. quia florere nō est verbum transitiuū.

Que sine persona sunt: atqꝫ gerundia iungis.
Si tamen a verbo quod transeat illa creabis.
Matheum legitur: psalmos erat ante legendum.
Postulo posco peto doceo rogo flagito zelo.
Exuo cum vescit monet induo calceo cingo.
Accusatiuos geminos hec verba requirunt.
Hunc dant passiua. quem verba volunt ibi clausa.
Seu quem vis verbi sibi postulat associari.
Qui verbi regitur vi passiuis sociatur
Ornatus verbum spacii moreqꝫ gubernant.
Accusatiuos vocum que talia signant.
Te vesti tunicam pergis iam milia septem.

Utrū littera Alexandri de regimine accusatiui in-
cipiendo. Que sine ꝑsonis atqꝫ gerundia iūgis. vsqꝫ ad absolutionē
accusatiui sit bene assignata. Pro intellectione questionis more notā
dū est primo ꝙ alexander ꝓsequēdo regimen accusatiui iterū subiun
git duas regulas. Prima est ista. Uerba impersonalia passiue vocis
deriuata a verbis transitiuis regunt accusatiuū casum a parte post
ex vi transitionis. vt a me legitur matheum. Secūda regula est ista.
Omne gerundiū descendēs ⁊ deriuatū a verbo trāsitiuo congrue re
git a parte post accusatiuū ex vi trāsitiōis. vt vado ad legendū psal
mos. Et est ratio huius regule ista. quia quemcūqꝫ casum regit indi-

cusatiuus eũdẽ casum ꝛ regunt a parte post omnes eius modi. Man ente enim eadẽ causa. manet ꝛ idem effectus. sed q̄a indicatiuus ꝛ eius modi significant idem. licet nõ eodem modo. ergo etiã regunt eundẽ casum a parte post.

Notandũ est etiã circa p̄mã regulã ꝙ verba impersonalia passiue vocis deriuãt a verbis duplicis generis. vt a verbis neutralibus ꝛ a verbis actiuis. Unde versus. Hec gerundiuoꝝ verba possunt generare duoꝝ. Neutra vel actiua. sed nunq̄ꝫ cetera. sicut viuitur. cantatur. legitur. statur. amatur. Et est notandũ ꝙ verba impsonalia passiue vocis solũ ꝯiugãt̃ ĩ t̃cijs psonis. cui᷒ rõ ẽ ista. q̄a vba impsonalia passiue vocis sunt cõfusa quo ad supposita. q̄a possunt habere pro supposito dictionẽ cuiuscunqꝫ persone. Unde cõgrue dicit̃. a me legitur. a te legit̃. ab illo legitur. sed tercia persona etiã significat confuse. prima autẽ ꝛ secunda significant certe ꝛ determinate. ꝛ ergo verba impersonalia passiue vocis. similiter actiue vocis soluꝫ coniugantur in tercijs personis.

Notandũ secũdo ꝙ alexander in textu repetit quõ verba vehementissime transitionis regunt a parte post duos accusatiuos ꝛ enumerat talia verba ꝛ vult istã regulã. Ista verba postulo posco rogo peto doceo flagito zelo. Exuo vestio moneo. induo calceo cingo. regunt a parte post duos accusatiuos. Unde autẽ regant̃ tales acti. ꝛ quõ talis oratio resolui habeat. patet in precedentibus in questiõe secunda de regimine acti. ꝛ vt dictũ est talia verba regentia duos accusatiuos habent ꝛ gerunt significata duoꝝ verboꝝ. Ad illum intellectum qui dictus est in eadem questione secunda.

Notandũ tercio ꝙ in littera sequenti cũ alexander dicit. Ornatũ subdis indutũ vestibus albis alexander tangit tres regulas. Prima Uerba significantia actũ ornandi cõgrue regunt a parte post duos accusatiuos. vnũ significatẽ talẽ habitũ. ꝛ aliũ significantem rem in quã transit talis actus ornandi. vt vestio te tunicã. primus actũs scilicet te regit̃ ex vi transitionis. sed secũdus scilicet tunicam regitur ex vi cause materialis. Secũda regula. Uerba significantia modum mouendi in aliquo spacio regũt a parte post duos accusatiuos vnũ significantẽ illud spaciũ ꝛ aliũ significantẽ quantitatẽ illius spacij. vt iam transiis milia septem. ꝛ capit̃ hic milia pro miliaria causa metri. Tercia regula. Uerba significantia actũ morandi vel durãdi regunt cõgrue a parte post duos accusatiuos. vnũ significantẽ illã

durationẽ. ꝛ aliũ significantẽ quantitatẽ illi᷒ durationis. vt ego sum moratus Cracouie tres annos. Moror hic tres menses.

Notandũ quarto ꝛ vltimo. Alexander in littera sequenti ponit alias regulas de regimine accusatiui. Et est prima ista. Iste dictiones obliuiscor memini memor ꝛ recordor. similiter eoꝝ sinonima cõgrue regunt a parte post actm̃. vt recordor lectionẽ. memini lectionẽ. Et sciendũ quõ iste dictiões aliquando regunt accusatiuũ. ꝛ aliquando gtm̃. dictũ est sufficienter in capitulo de regimĩe genitiui. Secunda regula est ista. Uerba impsonalia in littera posita iuuat decet delectat oportet regunt a parte post accusatiuũ. vt me decet studere. te decet laus ꝛ honor dñe. Et est sciendũ ꝙ iuuat aliter significat quãdo est verbũ actiuũ ꝛ psonale. ꝛ aliter quãdo est impersonale. Unde versus. Si iuuat actiuũ fuerit tunc auxiliatur. Si impsonale tunc delectat vbiqꝫ. Tercia regula est ista. Ille p̄positiones a apud ꝛ alie eis similes regunt a parte post actm̃. ꝛ tales p̄positiones scdm grãmaticorum positionẽ sunt triginta. Unde. v̾sus. Construe ter denas cũ quarto p̄posituras. Quarta regula. Illa p̄positio in quando valet tantũ sicut cõtra: regit etiã accusatiuũ a parte post. vt ille vadit in hostes. id est cõtra hostes. Et est notandũ ꝙ illa p̄positio in valet tm̃ sicut ꝯtra tam in cõpositiõe q̄ꝫ extra. In cõpositiõe. vt inuado hostes. extra cõpositionẽ. vt Salusti᷒ scripsit in catelinã. id est cõtra catelinã. Quinta regula. Ille interiectiões o ꝛ heu regũt accusatiuũ a parte post. vt. O virũ ineffabilẽ. Heu me miserũ peccasse. Alij tamẽ dicunt ꝙ illa interiectio o nõ regit actm̃. sed verbũ subintellectũ scilicet dico. vel laudamus. ꝛ sic p̄dicta oratio valet tm̃. O laudamus ineffabilẽ virũ. vel. O dico ineffabilẽ virũ. Sexta regula. Accusatiu᷒ regit̃ a gerũdio a parte post in ratiõe suppositi. vt comedentẽ habẽdũ est panes. Silogisantẽ ponẽdũ est terminos. Johannes tamen ianuensis ostẽdit ꝙ gerũdia habẽt diuersam ꝯstructionẽ. Gerũdia enĩ formata a verbis trãsitiuis assumũt vnũ actm̃ a parte ante. ꝛ aliũ a parte post ꝛ trãsitiue. vt magistrũ virgiliũ est legẽdũ. id est magistrũ dignũ est legere virgiliũ. Si v̾o gerũdiũ descẽdit a verbis passiuis tũc assumit ablatiuũ a parte post mediãte p̄positiõe a vel ab ꝛ accusatiuũ a parte ante. vt magistrũ honorãdũ est ab omib᷒: id est dignũ est. vt magister honoret̃ ab oĩbus. Sed gerũdia verboꝝ impsonaliũ seruant cõstructionem suoꝝ verboꝝ. vt a me currẽdũ. id est a me currendũ est. Istis notabilibus sic stantibus est

Cōclusio respōsalis. Littera Alexandri de regimine accusatiui incipiendo ibi. Que sine ꝑsonis sunt. vsq3 ad absolutionem acti est bene assignata. Patet veritas conclusiōis ex his, que dicta sunt.

¶ Arguitur p̄mo. Nullū verbū est sine ꝑsonis. igitur. Probatur. nullū diffinitū intelligitur esse sine partibus diffinientibus. sed ꝑsona diffinit ip̄m verbū. igitur nullū verbū est sine ꝑsonis. Maior. q2 partes diffinitionis exprimunt essentiā diffiniti. modo res nō est sine essentia. vt patet septimo methaphisice. Minor patet ꝑ donatū. q̄ diffiniens verbū. dicit. Verbum est pars oratiōis cum tēpore et ꝑsona. Dico q̄ diffinitum nō absoluitur a membris diffinientibus. verum est essentialibus. constat autē q̄ ꝑsona est mēbrum diffiniens accidentale. et ergo verbum potest absolui a persona. nec tamen est intelligēdum q̄ verbum absolueretur a persona q̄ nullius esset persone. sed quia nullius est persone certe.

¶ Arguit secūdo. Verba imꝑsonalia sunt certe ꝑsone. igit. Probat auctoritate et ratione Prisciani q̄ dicit q̄ verba imꝑsonalia si intrinsece respiciant penitus sunt tercie persone. Et ratio. q2 resoluuntur in tercias personas. vt legitur. id est lectio fit. modo nihil resoluitur in aliquid nisi fuerit in eo. Dico verum argumentū cōcludit q̄ verba impersonalia terciā habent personā intrinsece. sed cōparando ea quo ad extrinseca in cōparatione ad actuale suppositum. et sic generaliter possunt esse omniū personarū indifferenter.

¶ Arguit t̄cio. Verba imꝑsonalia simpliciter sunt t̄cie ꝑsone. pbat. q2 sūt tātū t̄cie ꝑsone. pbat. q2 t̄minat̄ in t vel in tur. ergo sunt t̄cie ꝑsone Tenet cōsequētia. q2 per cōmune metrū. T vel tur terne persone dicitur esse. Dico q̄ hec regula intelligit de verbis ꝑsonalibus et nō imꝑsonalibus. vel possum9 dicere verū argumentū cōcludit q̄ verba imꝑsonalia quo ad ꝑsonā intrinsecā sunt bene tercie ꝑsone. sed nō ad extrinsecam.

¶ Arguit quarto. Nulla sunt verba numeralia. igit nec imper sonalia. Tenet cōsequentia. q2 ꝑsona et numerus sunt accidentia cōiugata. vt dicit Pristianus p̄mo minoris. et etiā nō videt ratio diuersitatis quare verba debent dici imꝑsonalia et nō innumeralia. Antecedēs aūt est notū. q2 nō est cōmune apud grāmaticos dicere aliqua verba innumeralia. Dico q̄ ratio diuersitatis est ista. q2 ꝑsona est accidens

magis principale verbo et cōueniens q̄3 numerus. et ergo ꝓpter illā3 p̄ncipalitatē aliqua verba possunt dici impersonalia. licet aliqua non dicantur innumeralia.

¶ Arguitur q̄nto. Processus autoris est nugatorius vel superfluus igit. Probat q2 etiā. hoc idē prius posuit cū antea dixit q̄ verbū gerens significata duoꝝ verboꝝ regit duos accusatiuos. Dico q̄ antea alexander bene pri9posuit regulā. sed hic ponit exempla de priori regula. et sic istam litteram repetiuit incidentaliter.

¶ Arguit sexto. Ex littera alexandri sequit falsum. igit ipsa falsa. ꝓbatur antecedēs. q2 sequeret q̄ hoc verbū supplico regeret duos accusatiuos. qd̄ est falsum. q2 supplico regit datiuū. Probat sequela. q2 peto regit duos accusatiuos. ergo et supplico. Tenet cōsequentia. q2 de cōuertibilibus idem est iudiciū. modo supplico et peto cōuertunt. Dico verū est q̄ supplico et peto conuertunt quo ad significatum. sed nō quo ad modū significandi. modo regimen oritur ex proportiōe modoꝝ significandi. et nō significatarum. et sic supplico et peto nō omnino sunt synonima. nec habent idem regimen.

¶ Arguit septimo. Nullū est verbū ornatus. igit littera alexādri falsa. Probat antecedens. Nullū verbū significat ornatū. ergo. Probatur. q2 nullū verbū significat substantiā. modo ornatus est substātia. vt tunica vel palliū. Dico q̄ alexāder dicēs in textu. Verbū ornatus nō voluit dicere q̄ verbū absolutū significaret ornatū. sed voluit dicere q̄ verbū significat ornatū. id est actū ornandi. Similiter. verbū significat. inornatū. idest actū inornandi.

¶ Arguitur octauo. Actus nō reddit suppositū gerundio. ergo littera alexandri falsa. Probat antecedēs. nulli noi fit redditio suppositi. sed gerundia sunt noīa. igit actus nō reddit suppositū gerūdio. Maior. q2 solū verbū est appositū. Minor patet autoritate Prisciani et floriste q̄ dicūt gerundia esse noīa. Unde florista dicit q̄ gerūdia habent oīes casus preter q̄3 vocatiuū. Dico verū argumentū cōcluderet si gerūdia haberēt casum existenter. sed solū casum similitudinarie. id est terminatiue. Florista ergo nō vult q̄ gerundia nō sunt alicuius casus. sed bene habent similem terminationē dictionū casualium

De absolutione accusatiui.

Sepe regente caret vite modus: id q3 probato.

Vir bone viue deum: sic viues secula cuncta

His obliuiscor junges memini q3 recordor.

His iungas iuuat atqz decet delectat oportet
Qz sibi quartum solet heu quoqz iungere casum
Adde per et similes per vicositur ad vrbes.
Inqz notans contra quarto solet esse locata
Huncqz gerundiuis casum veteres posuere.
Ut supponentem: quod multorum tenet vsus.
Sepe regēte loci nomen caret vt babilonem.
Rus domum vel militiam rex vadit humumqz
Nomina que villis sunt appropriata locoque
Qui minor est seruant hanc normam. sunt et eisdem.
Rus et milicia domus ac humus associanda.

Utrū littera alexandri de absolutione acti sit bene
assignata. Pro intellectione questiōis mote notandū pmo qz alexan-
der postqz determinauit de regimine accusatiui iam cōsequenter de
terminat de absolutione acti. Et ponit duas regulas. Prima regula
est ista. Accusatiu' importās modū viuēdi sepe caret regēte expres-
so. vt vir bone viue deū. in quo exemplo iste actūs deum ponit abso-
te. Alij tamē dicunt qz talis actūs regit a ppositione scdm subintelle
cta. vt valet tm̄. bone vir viue deum. id ē scdm deū. Aliqui etiā expo-
nunt talē accusatiuum aduerbialiter. et sic dicunt istā valere tm̄. bone
vir viue deum id est deifice. Ista tamē resolutio nō semp valet. qa
hec nō valet. sic viues cuncta secula. qa resolueret sic. viues cuncta se
cula. id est seculariter. Et illum modum tangit alexander cum dicit
Sepe regente caret vite modus idqz probato.
Uir bone viue deum sic viues secula cuncta.

Notādū secūdo qz absolutio acti scdm intentionez
Iohānis monachi describit sic. Est cōstructio acti in oratione pfecta
absqz regēte expresse. vt viues secula cuncta. vel est cōstructio acti p
prij nois loci minoris cum verbo absoluto significante motum loca-
lē exteriorē de loco ad locum. vt vado romā. Et elicit ex littera alc-
xandri talis regula. Accusatiu' pprij nois loci minoris simplicis figu
re et declinabilis cōstruct' cum verbo significāte motum de loco ad lo
cūz talis ponit absolute. vt vado romā. Cui' regule declaratio satis
patet ex his que dicta sunt superius de absolutione genitiui.

Notandū tercio qz absolutio acti nō solū fit penes

actōs pprij nois loci minoris. sz etiā fit p illos quattuor rus dom'
militia hum'. Unde et dixit in textu. Rusqz militia dom' ac hum' as
socianda. Licet em̄ ista quattuor noia scdm se sumpta sint nomia ap
pellatiua. tamē qa rome significabāt specialia loca in qb' hoies diuer
sarum cōditionum morabant. et ergo illa quattuor noia accipiunt a
grāmaticis quasi ppria. et p cōsequēs cum cōstruunt cum verbis que
significant motum de loco ad locum ponuntur absolute.

Notandū quarto et vltimo qz iohānes monachi in
suo scripto mouet dubium quare alexāder nullā mētionē facit de vo
catiuo. quare scilicet alexander nō ponit regimen ipsius vti vel con
structionē. vel si nō habet quare de ei' absolutiōe nō determinat. Re
spōdet ipe et dicit qz alexander credit fuisse illius opinionis et scientie
qz vocatiu' sit rect'. et pcipue secundari'. et qz participat officium nti
in reddēdo suppositū respectu verbi psonalis. qa ergo dictum est de
ntō sufficienter alexander etiā dedit intelligere et regimen ipius vti
Subiungit qz vocatiu' duplicit ponit in oratiōe. Uno modo absolu
te. quādo scilicet nōie habet regēs expressum. et hoc fit scdm euz tri
bus modis. Primo causa dubij. vt dicendo. petre. Ubi est magister.
Scdo causa interrogatiōis. vt dn̄e qs filius tibi. Tercio causa excla-
matiōis. vt o dn̄e qa ego seru' tu'. Unde versus. Absolunt qntuz du-
biū et questio clamās Respectiue autē ponit duplicit. Uno modo re
spectu verbor psonaliū impatiui modi. vt petre fac ignē. Scdo re-
spectu aduerbij vocādi. excitādi vel hortandi. vt o petre. o de'. Se
quit corrollarie qz ista que hic dicunt non sunt ɔtra pus dicta. patet.
pri' em̄ est ostēsum qz vtūs ponit absolute semp. qa dictū est. Accipi-
as qntū tu quēlibet esse solutū. et nō dicat qz ab vlla parte regat. Hic
aūt dicit qz vtūs regit. hoc em̄ dicit respectu diuersor. scdm em̄ grā
maticā cōmunē vtūs regit a parte ante a verbo vel aduerbio. scdm
aūt veritatē vtūs semp ponit absolute. vt pbatū est superi' circa q-
stionē qua querebat vtrū vtūs reddit suppositū. Istis notabilibus
sic stantibus est.

Cōclusio respōsalis. Littera alexādri de absolutiōe
acti est sufficiēter assignata. patet veritas ɔclusiōis ex his que dicta
sunt in notabilibus:

¶ Arguit pmo. Littera alexādri est incōgrua. igit male posita. An-
tecedēs pbat. qa suppositū et appositū discōueniūt in numero. Proba
tur sic. quia suppositum qui est singularis nūmeri. et appositum seruāt
pluralis numeri. Dicit enim Alexander. qui minor est seruant.

De absolutione accusatiui.

Dico verũ argumentũ cõcluderet si qui esset suppositũ huius verbi seruãt. sed eius suppositũ est noĩa pdicta. ⁊ sic sensus est. noĩa pdicta seruant etiã talẽ modũ absolutionis vt dictum est.

¶ Arguitur secundo. Uado romam. iste accusatiuus romam non ponitur absolute. Probatur. Nulla dictio ponitur absolute. Sed in ista oratione. vado romam ly romam regitur. igitur non ponitur absolute. Maior est nota. qa poni absolute ⁊ regi sunt opposita. modo opposita se expellunt. Minor pbaẗ. qa illa dictio Romã exigiẗ ab illo verbo in certo casu. ita ꝙ nõ in quolibet alio. ergo regiẗ ab illo v̾bo vado. Tenet cõsequẽtia p diffinitionẽ regiminis. qa regimen est exigentia dictionis recte sub certo casu. ita ꝙ nõ sub quolibet alio. vt dictũ est circa diffinitionẽ regiminis. Añs patet de se. qa hec nõ admittitur. vado rome. Dico verũ argumentũ cõcludit ꝙ in ista oratione vado Romã iste actũs romã exigiẗ sub certo casu. nõ exigentia regiminis. sed absolutionis. hoc eñ verbũ vado nõ potest regere accusatiuũ. ergo nõ exigit hunc accusatiuũ romã sub ratione regiminis.

¶ Arguẗ tercio. Uado romã. hic est regimẽ. igiẗ ille actũs romã nõ poniẗ absolute. Antecedẽs pbaẗ. qa vbicũqꝫ est dependentia ⁊ terminatio dependentie. ibi est regimen. sed cũ dico vado romã. hic est dependentia ⁊ terminatio illius dependentie. igiẗ hic est regimẽ. vado romã. Maior est nota ex cõditione requisita ad regimen. Minor patet. qa hoc verbũ vado significat cõfuse. sed cũ adiũgo actm̃ tunc illa dependentia ⁊ cõfusio specificaẗ. Dico ꝙ argumentũ nõ cõcludit qa hec cõsequẽtia nõ valet. hic est determinatio vnius cõstructibilis per aliud. ergo hic est regimen. qa arguiẗ a superiori ad inferius affirmatiue ⁊ sine distributione. que cõsequẽtia nõ valet. bene ergo alicui est dependẽtia vnius cõstructibilis ad aliud. ⁊ tamen ibi non est regimen. vt patet de adiectiuo ⁊ substantiuo: ⁊ sic maior nõ intelligitur vniuersaliter. sed particulariter. qa est instantia de adiectiuo ⁊ substantiuo vt dictũ est.

¶ Arguitur quarto ⁊ vltimo. Uado humũ. iste actũs humũ nõ ponitur absolute. igiẗ. Probaẗ antecedẽs. Actũs q̇ debet poni absolute debet esse actũs ppꝛij noĩs. sed humus nõ est actũs ppꝛij noĩs. igitur nõ ponitur absolute. Maior est alexandri in textu. Minor patet qa humus est nomen appellatiuũ. Dico verũ argumentũ cõcludit ꝙ humus scdm se est nomẽ appellatiuũ. tamẽ hoc nomen hum⁹ ex speciali acceptione ⁊ significatione accipitur vt propꝛium ratione cuius etiã poniẗ absolute. vt dictũ est in notabili tercio.

De regimine ablatiui.

Ablatiuorum regimen subiungitur istis
Tres notat esse gradus qui cõparat: inde notabil.
Multimodum regimen qui rem discernit aperte.
¶ Arguit quarto. Aliqd̄ est verbū preteriti tp̄is qd̄ nō terminat in aliquā istarū terminationū. Probat de isto participio mortu⁹ qd̄ est p̄teriti tēporis. ⁊ tamen nō terminat in aliquā istarū terminationuʒ vt notū est. Dico verū argumentū cōcludit ꝙ iste terminationes hic posite sunt terminationes participioꝝ p̄teriti tēporis regulariter formatorum. modo mortuus formatur irregulariter.

¶ Arguit q̄nto. Verbū neutrius generis nō format eadē participia sicut verbū actiui generis. Probat sic. Diuersificatis causis diuersificant ⁊ effectus. sed verbū actiui generis ⁊ neutrius generis sunt diuerse cause. ergo etiā formāt diuersa participia. Maior est nota. q̄a diuersa: diuersa operant. Minor est nota. q̄a verba actiui generis ⁊ neutrius distinguunt specifice. Dico verū argumentū cōcluderet si alexander diceret hic ydemptitatē nature ⁊ ydemptitatē materialē. sed dicit ydemptitatē formationis quo ad terminationem.

¶ Arguit sexto. Verbū neutri⁹ generis format plura participia ꝙ̄ duo. igit. Probat de isto verbo gaudeo qd̄ est neutri⁹ generis. ⁊ format tria participia. scilicet gaudens gauisus ⁊ gauisurus. Dico ꝙ regula alexādri intelligit de verbo neutrius generis qd̄ est neutri⁹ generis simpliciter. scilicet tam significatione ꝙ̄ formatione temporuʒ modo gaudeo nō est neutrius generis formatione tempoꝝ. q̄a habet participiū passiue terminationis scilicet gauisus.

¶ Arguit septimo. Participiū nō est eiusdē significatiōis cuius generis est verbū a quo descendit. Probatur. q̄a criminans est significationis actiualis tantū vt grāmatici dicūt. ⁊ tamē est generis ꝯmunis. Dico ꝙ regula alexandri intelligitur ꝙ participiū est eiusdē significationis cuius generis est verbū. verū est hoc quādo participiū est translatū in significādo sicut verbū a quo descendit qd̄ nō est hic. vt declaratum est in tercio notabili.

¶ Arguit vltimo. Participiū nō potest trāsire in vim nois. igitur. Illa que differūt specifice vnū nō fit aliud. sed nomē ⁊ verbū differūt specifice. igit participiū nō trāsit in vim nois. Maior. q̄a species rerū trāsmutari nō possunt quēadmodū etiā de hoie nō fit asinus. Minor. q̄a participiū ⁊ nomē habēt modos significādi distictos specifice. ergo etiā differūt specifice. Dico verū argumētū cōcludit ꝙ participiū nō trāsit in vim nois formaliter. sed bene materialit. ⁊ sic res specifice differētes bene trāsmutant. vt de hoie fit asin⁹ ratiōe materie. similit de lana fit securis vt dicit ꝯmētator p̄mo phisicoꝝ. Per lōgam transmutationē. omniū enī generabiliū ⁊ corruptibiliū eadem est marteria. vt patet primo de generatione. Quomodo tamē participiū transit in vim nois declaratū est in quarto notabili.

Est post post predicta constructio iure locanda
In geminas partes constructio scinditur illi
Transitio debet intransitioq̄ subesse
Cum partes per quas cōstat cōstructio plena
Signant diuersa constructio transeat illa
Judicium fit idem tanquam diuersa notanda
Hanc in membra duo distinguere conuenit/cuius
Sunt species simplex que transit queq̄ retransit
Est intransitio tibi per predicta notanda
Per binas species hanc distingues: quia simplex
Hanc intransitio pariterq̄ reciproca scindunt
Ecce per exempla tibi res est notificanda
Hic socium superat: vel marcum tullius orat
Exorat marcum cicero q⁹ diligat ipsum
Tullius est marcus/bos est leo capra iuuenca
Se regit hic: ego me: tu te: nos diligimus nos
Isti se sociant: vos autem diligitis vos

Actus trāsitio personarumꝗ notentur.
Quando non transit actus: nec passio cuiquam
Infertur. nunꝗ transit constructio plena
Filius alphei iacobiꝗ maria quiescunt.

Utrū littera Alexādri de ꝯstructiōe grāmaticali sit sufficienter assignata. Pro intellectione questionis mote notandum est primo ꝙ ratio ordinis est ista quare alexander in capitulo precedenti determinauit de regimine. nūc eñ determinat de ꝯstructiōe. ꝯstructio eñ p̄supponit regimen. sicut eñ in natura partes prius disponunt anteꝗ ex ipsis ratio ꝯstituat. Dicit eñ secūdo phisicorum Ars imitat natura. sic ⁊ in arte anteꝗ dictiōes ad inuicē ꝯstruūtur ⁊ ordinant prius debet regi ⁊ disponi. vnde recte alexāder dixit. Est post predicta ꝯstructio iure locanda. Pro intellectiōe aūt hoꝝ q̄ hic dicunt sciendū ꝙ ꝯstructio capit dupliciter. Primo cōmuniter. scđo ꝓprie. tercio ꝓprijssime. Cōstructio cōmuniter capta est cōbinatio dictionū ad inuicē ad ꝯstituendū aliquē sensum audienti. ⁊ sic ꝯstructio ꝯuertit cū oratione de qua determinat in p̄mo periarminiarū. Et sic ꝯstructio dicit a con qđ est simul. ⁊ structio vel strues quasi aliquoꝝ simul ad inuicē structio. Secūdo capit ꝯstructio ꝓprie. ⁊ sic capit autor modoꝝ significandi diffiniēs ꝯstructionē. vt patet infra. ⁊ sic dicit ꝯstructio quasi ꝯueniens vel cōgrua structio. Tercio capit ꝯstructio ꝓprijssime. ⁊ sic ꝯstructio est cōgrua dictionū in oratiōe ꝑfecta positarū ordinatio. cōgruā ꝑfectāꝗ sententiā demonstrans. ⁊ sic dicit ꝯstructio quasi cōpleta structio. ⁊ isto modo ꝯstructionē capit ⁊ diffinit priscianus. Sequit corrollarie p̄mo ꝙ nulla oratio incōgrua est ꝯstructio. patet. q̄a ꝯstructio dicit cōgruū ordinē dictionū ad inuicē ⁊ ꝓportionē dictionū. ꝯstat aūt ꝙ incōgrue struere plus est destruere ꝗ̄ ꝯstruere. Sequit corrollarie secūdo ꝙ alique sunt ꝯstructiōes ꝑfecte. alique imꝑfecte. vt hec est ꝯstructio imperfecta. albus homo. hec vero perfecta. homo currit. vt patebit. Sequitur corrollarie tercio ꝙ alique ꝯstructiōes possunt dici totales ⁊ alique partiales. Cōstructiōes iste dicunt totales que causant oratione ꝑfectā vt que sunt cōposite ex supposito ⁊ apposito. sed iste dicūt partiales que sunt cōposite ex determinatione ⁊ determinabili. vt alb⁹ homo volo legere. Sequit corrollarie quarto ꝙ aliter alexander loquit de ꝯstructiōibus. ⁊ aliter autor modoꝝ significandi. alexander eñ determinat de ꝯstructiōibus totalibus ⁊ ꝑfectis. autor modoꝝ significandi de ꝯstructiōibus etiā partialibus ⁊ imꝑfectis. vt alb⁹ homo.

Sequit corollarie q̄nto ꝙ diffinitio ꝯstructiōis data ab autore modoꝝ significādi nō excludit ꝯstructiōes partiales. sed diffinitio prisciani bene excludit partiales. ⁊ datur solum de totalibus.

Notādū secūdo ꝙ scđm intentionē iohānis ianuēsis in catholicon ꝙ sicut in natura inuenit triplex mot⁹. vt patet primo celi. scilicet motus rectus. motus circularis ⁊ motus cōpositus. Motus rectus est q̄ fit a medio vel ad mediū. quo motu mouentur quattuor elemēta. Duo eñ elemēta vt leuia sicut ignis ⁊ aer mouent a medio sursum. duo aūt elemēta grauia scilicet terra ⁊ aqua mouent ad mediū. ⁊ isti motui recto ꝓportionat ꝯstructio transitiua. q̄a sicut motus rectus fit per lineā rectā. sic in ꝯstructiōe trāsitiua denominatur fieri transitio recte actiōis vel passiōis a re significata per suppositū in rem significatā per obliquū sequentē. vt ego lego lectionē. Secūdus motus in natura dicit circularis q̄ fit circa mediū mūdi per lineā circularē quo motu mouent corpa celestia. Dicit eñ secundo celi ꝙ motus circularis est ꝑfectissim⁹ motus. eo ꝙ caret p̄ncipio ⁊ fine. Et recte ergo attribuit corporib⁹ celestib⁹. ⁊ isti motui ꝓportionat ꝯstructio reciproca. sicut eñ in motu circulari mobile incipit moueri ab aliquo loco. ⁊ reuertit in eūdē terminū. sic in ꝯstructione reciproca actus vel passio ꝓcedens a supposito reuertit in eādē rē vnde exiuit. vt ego diligo me. Terci⁹ mot⁹ in natura est mot⁹ cōposit⁹ vt est mot⁹ tract⁹. q̄ ꝯponit ex recto ⁊ circulari. ⁊ illi ꝓporcionat ꝯstructio retransitiua. q̄a talis est cōposita ex duab⁹ trāsitiuis. vt ego diligo petrū vt petrus diligat me. sed q̄a quies in natura est priuatio motus. sic etiam in arte reperitur ꝯstructio que ꝓportionatur quieti vt ꝯstructio intrāsitiua. Ratio. q̄a sicut in natura illud quiescit qđ nō mutat de loco ad locū. sic in arte illa ꝯstructio que significat actionē vel passionē verbi manere in re significata ꝑ suppositū dicitur intransitiua. vt iohannes currit.

Notādū tercio ꝙ de ꝯstructiōe reciproca grāmatici diuersificati sunt. Alij eñ dicūt ꝙ ꝯstructio reciproca sit intrāsitiua. vt alexāder. Autor vero modorum significandi dicit ꝙ est transitiua. Ratio. q̄a alexāder dicit illā ꝯstructionē intrāsitiuā in qua ꝯstructibilia significant idem. Cōstat aūt ꝙ in ꝯstructiōe reciproca ꝯstructibilia significāt idē. vt patet in ista. ego diligo me. ergo talis ꝯstructio est intrāsitiua. Maior patet ex diffinitiōe ꝯstructiōis intransitiue. Minor. q̄a suppositū scilicet ego ⁊ actus me significāt eandē rem. Sed autor modoꝝ significandi ideo dicit eā esse trāsitiuā. q̄a ipse ac-

ꝛ̃dit ꝯstructiões petes modos significandi dictionū. Pro quo notā
dū ꝙ scd̃m autorē modoꝝ significādi. cū iuxta aristotelē. x. methaphi
sice. In omi genere rerū est dare p̄mū qd̄ est metrū ꝛ mēsura aliorum
Erit etiā sic in genere ꝯstructibiliū dare ꝯstructibile p̄mū. ꝛ si datur
p̄mū cōt ingit ꝛ dare secūdū. eo ꝙ p̄mū ꝛ secūdū sunt differētie ordis
Est aūt ꝯstructibile p̄mū in ꝯstructiōe qd̄ depēdet ad obliquū. vt le
go lectionē. lego est ꝯstructibile p̄mū. q̄a depēdet ad lectionē. ꝛ lecti
onē ꝯstructibile secūdū. q̄a terminat depēdētiā verbi. Illud xō ē cō
structibile secūdū qd̄ depēdet ad suppositū. vt sortes currit. hoc ver
bū currit dicit depēdēs. sed sortes est ꝯstructibile dependētiā termi
nās. Sequit corrollarie ꝙ idē potest dici ꝯstructibile p̄mū ꝛ etiā secū
dū respectu diuersoꝝ. vt patet in ista. ego lego lectionē. Cōsiderando
eñ hoc xbū lego in ordine ad actm̄ lectionē est ꝯstructibile p̄mū. sed
ꝯsiderādo quo ad suppositū ante scilicet ego tūc est ꝯstructibile secū
dū. Isto stante autoꝛ modoꝝ significādi arguit sic. Constructio reci
proca est trāsitiua. pbat sic. Ista ꝯstructio est trāsitiua in qua ꝯstru
ctibile prius depēdet ad posteri⁹. vt lego lectionē. sed in ꝯstructōe re
ciproca est sic. igit. Maioꝛ patet ex diffinitiōe ꝯstructiōis reciproce.
Minoꝛ patet in ista. ego diligo me. Ratio secūda quare est trāsitiua
Illa ꝯstructio est trāsitiua in qua verbū trāsitiuū trāsitiue positū re
git a parte post actm̄. sed hic ego diligo me est sic. ergo est trāsitiua.
Maioꝛ est nota. q̄a verbū trāsitiuū regēs post se actm̄ facit ꝯstructi
onē trāsitiuā. Minoꝛ est nota. oīs eñ ꝯstructio in qua obliqu⁹ regi
tur a parte post a verbo est trāsitiua. posita eñ causa ponit ꝛ effect⁹
Ad hāc ꝯtrouersiā grāmaticoꝝ q̄dā dicūt ꝙ ꝯstructio reciproca est
mediū inter ꝯstructionē trāsitiuā ꝛ intrāsitiuā. ex eo eñ ꝙ obliquus
regit a p̄te post a xbo ꝛ denotat fieri trāsitio act⁹ vel passionis dicit
trāsitiua. sed q̄a obliqu⁹ cū supposito ꝯtinēt ad idē dicūt eā fore itrā
sitiuā. Alij dicūt ꝙ formaliter loquēdo de ꝯstructiōe quo ad modos
significādi tūc ipa est ꝯstructio trāsitiua. sed loquēdo de ipa materia
liter quo ad significatū tūc potest dici intrāsitiua. Cōstat aūt q̄a con
structio plus attendit ratione modoꝝ significādi q̄ꝫ significati. con
cluditur ꝙ ꝯstructio reciproca magis dicitur transitiua q̄ꝫ intransiti
ua. modus tamen alexandri est communis.

Notādū q̄rto ꝛ vltimo ꝙ quesitiua cōstructionis
sunt tria scʒ. que qualis quāta. que querit de substātia ꝯstructiōis. vn
de ad interrogationē factā ꝑ que. respōdet trāsitiua vel intrāsitiua.
Secūdū q̄situū ꝯstructiōis est qualis. ꝛ q̄rit de qualitate ꝯstructōis
vnde ad interrogationē factā ꝑ qualis respōdet ꝯgrua ꝛ icōgrua. vn

de ꝯgruitas est ꝓprietas vel passio sermōis ex modoꝝ significādi re
spectiuoꝝ ꝯformitate ad aliquā speciē ꝯstructōis req̄sitoꝝ derelicta
Et ꝯgruitas ē duplex. q̄dā ad intellectū ꝛ q̄uedā ad sensuʒ. Cōgrui
tas ad sensuʒ ē q̄ñ ambo ꝯstructibilia sūt exꝑssa sub ꝯformitate accidē
tiū grāmaticaliū. vt hic hō currit. Sʒ ꝯgruitas ad intellectū est q̄ñ
nō ambo ꝯstructibilia fm̄ vocē quo ad ꝯgruitatē sūt exꝑssa. sʒ alterū
illoꝝ ꝑ intellectū subintelligit. vt q̄ñ xba p̄me ꝑsone vel scd̄e persone
ꝯferūt. Dicit eñ p̄scian⁹ p̄mo minoris. In omi xbo p̄me vel scd̄e ꝑso
ne cert⁹ subintelligit n̄tūs. In verbis aūt tercie ꝑsone incert⁹. Terciū
quesitiuū ꝯstructōis ē quāta. vnde ad quāta respōdet ꝑfecta vel imꝑ
fecta. Perfectio aūt describit sic. Est ꝑfectas sermōis vel ꝯstructio
nis ex debita vniōe ꝯstructibiliū derelicta ad exꝑmēdū sufficiēter ꝛ
ꝑfecte mētis ꝯceptū ordiata. vt scʒ ꝙ generat ꝑfectū sensuʒ in aīo au
dictis. Et ē duplex. ad sensuʒ ꝛ ad intellectū. Ad sensuʒ ē q̄ñ ābo con
structibilia ꝯgruitatis fm̄ vocē sūt exꝑssa. vt ego scribo. q̄ est ꝑfecta
Oīs eñ oratio ꝑfecta ꝯstituit ex supposito ꝛ apposito. Ad intelle
ctū ē q̄ñ nō ambo ꝯstructibilia ꝯgruitatis fm̄ vocē exꝑmūt. sed alte
rū illoꝝ ꝑ intellectū subintelligit. vt contingit in verbis p̄me. secun
de ꝛ tercie persone. Istis notabilibus sic stantibus

Cōclusio respōsalis. Lr̄a alexādri d̄ ꝯstructōe ꝛ ei⁹
diuisiōe ē sufficiēter assignata. pʒ autoritas ꝯclūsiōis ex his q̄ dicta sūt
¶ Arguit p̄mo. Cōstructio in grāmatica nō est possibilis. igit. pbat
aīs. ex ꝯstructibilib⁹ nō potest fieri ꝯstructio. igit ꝯstructio in gram
matica nō est possibilis. pbat aīs. ex duob⁹ entib⁹ in actu non fit fieri
terciū. sʒ ambo ꝯstructibilia sunt entia in actu. igit. Maioꝛ ē aristote
lis tercio methaph. Minoꝛ. q̄a qd̄libet ꝯstructibile habʒ modū signi
ficādi. sʒ mod⁹ significādi est illud quo ꝯstructibile vel pars orationis
fit in actu. pbat. q̄a mod⁹ significādi habet se vt forma ꝑtis orationis
modo forma est qua res fit in actu. Dico verū argumētū cōcludit ꝙ
ex duobus entibus nō fit terciū vbi vnū fuerit in potētia ad alteruꝫ
qd̄ nō fit in ꝓposito. vt hic homo currit. cōstructibile regēs habet se
vt in actu. ꝛ constructibile rectū vt in potentia.
¶ Arguit scd̄o. Modi fcādi nō sūt ꝓncipia ꝯstructiōis. igit. pbatur
aīs. nec modoꝝ fcādi ꝯueniētia. nec discōueniētia. igit modi fcādi
nō sūt ꝓncipia ꝯstructiōis. Tenet ꝯña ex sufficiēti diuisiōe. Aīs ꝓ pri
ma p̄te pbat ꝙ nō ꝯueniētia. q̄a tūc seq̄ret ꝙ hic nō esset constructio
homo currit. probatur. q̄a in illa constructibilia habēt diuersos mo
dos significandi distinctos. Nec etiā potest dici scd̄m. q̄a tūc hic esset
ꝯstructio. alba vir. ꝛ sic oratio icōgrua esset ꝯstructio quod est falsuꝫ.

Dico verū argumētū ꝯcludit ꝙ ad ꝯstructionē reqrit ꝓportio modorū significādi. sed nō oīm. sed illoꝝ q̄ reqrunt ad ꝯstructionē. quoꝝ ꝓportio est cū dicit homo currit. sic in simili ad ꝯstructionē dom⁹ reqritur cōpositio partiū. sed nō oīm partiū indifferenter. sed earum que requiruntur ad constructionem.

¶ Arguit tercio. Cōstructio in grāmatica nō est possibilis. ꝓbat. ex oppositis nō fit vnū. sed ꝯstructibilia in ꝯstructiōe sunt opposita. ergo ex ipis nō fit vnū. Maior. qa opposita se destruūt ⁊ expellūt. in cōstructiōe aūt fit vnio ⁊ partes manēt in re vnite. Minor. qa in omni ꝯstructiōe debet esse ꝯstructibile dependēs ⁊ dependētiā terminans vt dicit autor modoꝝ significādi. modo dependēs ⁊ depēdētiā terminans includūt oppositas ratiōes. Dico ꝙ verū argumētū cōcludit ꝙ ex oppositis nō fit vnū ea ratiōe qua opposita sunt. sed ex oppositis bene fit vnū ea ratiōe qua vnū est in aptitudine ⁊ in potētia ad alteꝝ ⁊ sic nō sunt opposita.

¶ Arguit quarto. Homo currit nō est ꝯstructio itrāsitiua. ꝓbat. In omī ꝯstructiōe intrāsitiua ꝯstructibilia significāt idem. sed hic homo currit nō significāt idē. igit. Maior patet ex diffinitiōe ꝯstructionis intransitiue. Minor. qa substātia ⁊ accidēs sunt ꝑmo diuersa. qa dicitur ꝑmo phisicoꝝ. Substātia ⁊ quātitās si sunt duo sunt. modo homo significat substātiā. qa nomē. ⁊ currit accidēs. qa verbū. Dico verū argumētū ꝯcludit. qa hic homo currit ꝯstructibilia nō significant idem formaliter. ⁊ si scd̄m se absolute ꝯsiderant. sed bene significant idem materialiter. ⁊ scd̄m numerū. qa accidēs ⁊ subiectum sunt idem numero ⁊ materialiter ꝑmo topicoꝝ. modo idemptitas materialis est maxima.

¶ Arguit q̄nto. Ego amor hic nō est ꝯstructio. ꝓbat. qa si aliqua maxime intrāsitiua act⁹. sed hoc nō. ꝓbat. qa hic nō significat actus. sed passio. Dico verū argumētū cōcludit ꝙ in ꝯstructiōe intrāsitiua act⁹ nō capit ꝓ actiōe. sed capit indifferēter ꝓ actu verbali nō curādo an sit actio vel passio. ⁊ sic cū dicit ego amor significat actus amandi. licet significatur passiue.

¶ Arguit sexto. Nulla est ꝯstructio simplex. igit. ꝓbat aīs. simplex nō est ꝯpositū. sed omīs ꝯstructio est ꝯposita. igit nulla ꝯstructio est simplex. Maior. qa implicat aliqd̄ simplex esse ꝯpositū. Minor patet ꝑ diffinitionē ꝯstructiōis. in qua dicit. Cōstructio est ꝯstructibiliū vnio. Si ergo in ꝯstructiōe est vnio ꝯstructibiliū ꝯcludit ꝙ omīs cōstructio est ꝯposita. Dico verū argumētū ꝯcludit si ꝯstructio ideo diceretur simplex. qa nō esset ꝯposita. sed dicit ideo simplex. qa aut est

intransitiua actus vel personarum ⁊ nō reciproca. vel est transitiua actus vel personarum ⁊ non retransitiua.

¶ Arguit septimo. Cōstructio reciproca nō ē itrāsitiua. igit littera alexādri nō valet. Probat aīs. Illa ꝯstructio est trāsitiua in qua casus transitiuus regit a parte post a verbo. sed in ꝯstructiōe reciproca est sic. igit. Maior est nota. qa casus trāsitiu⁹ causat ꝯstructionē trāsitiuā. ⁊ casus intrāsitiu⁹ ꝯstructionē intrāsitiuā. Minor. qa in cōstructiōe reciproca ponit actūs. modo actūs est casus trāsitiu⁹ vt dicit ꝑscian⁹ secūdo minoris. Dico verū argumētū ꝯcludit ꝙ ꝯstructio reciproca scd̄m rem ⁊ materialiter est intransitiua. tamē scd̄m modū ⁊ formaliter est transitiua.

¶ Arguit vltimo. Fili⁹ alphei q̄escit nō est ꝯstructio trāsitiua ꝑsonarū. ꝓbat. qa est trāsitiua act⁹. igit nō trāsitiua ꝑsonaruꝫ. Tenet ꝯña ex oppositis. Antecedēs patet. qa suppositū ⁊ appositū causant constructionē intrāsitiuā act⁹. modo hic est suppositū ⁊ appositū. igitur maior. similiter minor est nota. Dico verū argumentū ꝯcludit ꝙ cōsiderādo istā. Fili⁹ alphei q̄escit sine verbo tūc est trāsitiua ꝑsonaꝝ. et hoc voluit alexāder. sed ꝯsiderādo eā in ordine ad verbū tūc est intrāsitiua actus. nō est ergo incōueniens in eadem oratione esse diuersas constructiones scd̄m diuersum modum.

Construe sic casum si sit ꝑpone vocantem
Mox rectum pones. hinc personale locabis
Verbum: quod primo statues. si cetera desint
Tercius hinc casus ⁊ quartus sepe sequuntur
Aut verbo subdes aduerbia: subde secundum
Casum rectori: debet vox prepositiua
Quarto preiungi vel sexto: quem regit ipsa
Infinitiuum persone sitte quibusdam
Des adiectiuis: vt sunt abilis piger aptus
Hanc olim pulchram veteres dixere figuram
Verba que sunt debet iubet audet vultq̃ potestq̃
Nititur ⁊ tentat dignatur scitq̃ monetq̃
Incipit ⁊ tedet piget ⁊ pudet atq̃ meretur
Et properat gaudet delectat penitet vrget
Et parat ⁊ discit decet solet ⁊ licet: adde

Que predicta notant: ⁊ que contraria signant
Addere multa potes quarto casu preeunte
Que iunges verbo iunges ⁊ participanti
Si generi verbi sua significatio fiet
Consona. debetur ipsi constructio verbi
Sed personale supponens rectus habebit
Aut ablatiui preeunt recto re soluti
Aut postponuntur: sed vix interseris illos
Appellans verbum. substantiuumqꝫ vel horum
Uim retinens: post se rectum quandoqꝫ locabunt
Est substantiui data significatio verbi
Passiuis ⁊ sepe solet cōstructio tradi

Utrū littera alexādri de ordine cōstructibiliū. ⁊ si-
militer de nouē impedimētis cōstructiōis sit bene assignata. Pro in-
tellectiōe littere notādū p̄mo ꝙ q̄a aristoteles ostēdit scd̄o phisico-
rū ꝙ ars imitat̄ naturā. sicut ergo in natura om̄ia sunt ordinata ⁊ ad
vnū p̄ncipiū reducta. qd̄ dat̄ esse ⁊ vitā oib⁹ alijs. vt pꝫ p̄mo. celi. ⁊ in
reb⁹ naturis reperit̄ ordo in singulis. qui em̄ tollit ordinē tollit om̄e
bonū. vt dicit ꝯmētator scd̄o phisicoꝝ. sic ⁊ in arte oportet in ꝯstruē-
do ⁊ cōponēdo ꝯstructibilia esse ordinē de quo alexāder iā determi-
nat ponēdo nouē regulas. Pro qb⁹ intelligēdis sciēdū ordo grāmati-
calis describit̄ sic. Ordo est habitudo dictionū ad inuicē debite ⁊ cō-
uenienter positaꝝ sm̄ pri⁹ ⁊ posteri⁹. Et dicit̄ ordo in grāmaticā ad si-
militudinē ordinis in natura. sicut em̄ in ordine reali res debite locāt̄
vt in naturis eoꝝ ꝯpetit. vt patet in elemētis in qb⁹ elemēta leuiora
sūt sursuꝫ. grauiora deorsuꝫ. Dicit̄ eni p̄mo celi. oē leue sursuꝫ ⁊ om̄e
graue deorsuꝫ. sic in ordine grāmaticali ꝯstructibilia debite ⁊ ꝯueniē-
ter ordināt̄. p̄mo suppositū ⁊ appositū. vtꝫ in regulis. Inuēt⁹ aūt est
ordo grāmaticalis trib⁹ de causis. Primo vt sciam⁹ qd̄ sit p̄ponēdū ⁊
qd̄ postponēdū. Scd̄o vt sciam⁹ vnde exit act⁹ verbi. q̄a a re ꝑcata ꝑ
nt̄m. ⁊ in qd̄ terminat̄. q̄a in rē ꝑcatā ꝑ obliquū. vt iohānes legit le-
ctionē. Tercio vt sciam⁹ qd̄ ꝯstructibile sit iūgēdū ablt̄o vt determi-
natio cū suo determiabili. vt alb⁹ hō. Ponit̄ aūt alexāder reglas octo
de ordie ꝯstructibiliū. Prima si in aliquā ꝯstructōe ponit̄ vt̄us ordo
debet incipi a vt̄o. Rō q̄a ꝑ vt̄m ip̄ortat̄ excitatio. ſꝫ ōis excitatio ē
in p̄ncipio ponēda. ⁊ licet aliq̄n incipit ordo ab aduerbio vocādi o cū

ponit̄ circa vt̄m. tn̄ hoc nō ē ꝯtra regulā. Cū q̄a dū donec. mō ordo i-
cipit̄ a vt̄o sine ip̄edimēto. Scd̄a regula. post vt̄m debet poni nt̄us.
Rō. q̄a excitatio ip̄ortata ꝑ vocatiuū est accn̄s. ⁊ ergo reqrit terminū
mō nt̄us ꝑcat talē terminū ⁊ substātiā. Tercia regula. post noiatiuū ⁊
vocatiuū debet poni verbū ꝑsonale. Rō q̄a nt̄us ⁊ vt̄us ꝑcāt substan-
tiā. verbū vo accidens. modo substantia est prior accidente. ⁊ acci-
dens sequitur substantiam sicut effectus suam causam.

Notādū scd̄o Quarta regula de ordie ꝯstructibiliū
est ista. si nt̄us ⁊ vt̄us nō ponūt̄ in oratiōe tūc ordo debet icipi a ver-
bo ꝑsonali. Rō q̄a in oi verbo p̄me vel scd̄e ꝑsone cert⁹ subintelligit̄
nt̄us. ſꝫ in verbis tercie ꝑsone incert⁹. ⁊ sic virtualiter ordo icipit̄ ibi
a nt̄o incluso. Quīta regula. post verbū ꝑsonale imediate debet po-
ni dt̄us ⁊ act̄us. Rō. q̄a ꝑcatū verbi est accn̄s. oē aūt accn̄s debet de-
terminari ꝑ aliqd̄ subiectū. ⁊ in aliquo subiecto. ⁊ illud subiectū ꝑcat
dt̄us ⁊ act̄us. Sexta regula. aduerbiū debet seq̄ suum verbū. Rō. q̄a
ōis determinatio debet seq̄ suū determinabile. modo aduerbiū est de-
terminatio verbi. dicit eni p̄iscian⁹ p̄mo minoris. Aduerbiū est vi ver-
bi adiectiui. licet aliqua aduerbia p̄ponūt̄ suis verbis. vt patebit in-
feri⁹. Septima regula. Dictio recta debet poni post dictionē regētē
vt fili⁹ fortis. Rō. q̄a dictio regēs habet se vt determinabile. dictio
recta vt determinatio. modo ōis determinatio debet seq̄ suū deter-
minabile. Octaua regula. p̄positio debet p̄poni suo casuali cui deser-
uit. Rō. q̄a inter dictionē regētē ⁊ rectā est mutua ꝓportio ⁊ depēdē-
tia. q̄a dictio recta terminat depēdētiā dictiōis regētis. vt dictū est
ante. mō p̄positio regit suū casuale. ergo recte ei postponit̄. ⁊ has re-
gulas tetigit alexāder in textu cū dixit. Cōstrue sic casuꝫ si sit p̄pone
vocātē. Mox rectū ponis. hinc ꝑsonale locabis Uerbū: qd̄ p̄mo sta-
tues si cetera desint. Terci⁹ hinc casus. ⁊ quart⁹ sepe sequūt̄. Aut ver-
bo subdes aduerbia. subde secundum casum rectori. Debet vox pre-
positiua quarto preiungi vel sexto quem regit ipsa.

Notādū tcio ꝙ alexāder in textu ponit nouē impe-
demēta ꝯtra regulas octo p̄dictas. Primū tagit ibi. Infinitiuū ꝑso-
ne siue q̄busdā. Des adiectiuis. vt sunt abilis piger apt⁹. Hanc olim
pulchrā veteres dixere figurā. ⁊ vult duas regulas. Prima verba ꝑ-
sonalia sepius cōstruunt̄ cū infinitiuo a parte post. vt volo legere. cu-
pio proficere. ⁊ hoc maxime fit in verbis prohereticis. que scilicet si-
gnificant actum anime interiorem incognoscitiuum. vt volo: deside-
ro. Et est impedimentum contra illam regulam. Tercius hinc casus
Et ostēdit alexander que sunt illa verba que possunt ꝯstrui cū infini

tiuo. ⁊ enumerat ea. vt iubet audet vult potest nititur tentat gaudet ꝓperat. vt patet in textu. Et nõ dũ illa in textu posita. sed eis ꝯsimonima in significãdo. ⁊ etiã eis ꝯtraria in significãdo. vt inhibeo contrariatur in significãdo huic verbo iubeo. Et sitr subiũgit ꝙ multa ex ipis ꝯstruũtur cũ infinitiuo actõ ꝓcedẽte. vt scio te legere. volo te currere. Scd̃a regula. Nomẽ adiectiuũ nti casus ꝯstruitur sepe cũ infinitiuo. vt abilis legere. inept⁹ scribere. Et est impedimẽtũ ꝯtra illã regulã. Hinc ꝑsonale locabis. Verbũ. Dictũ est em̃ ante ꝙ post ntm̃ debet poni verbũ finiti modi. hic aũt dicitur ꝙ post ntm̃ ponitur verbũ infinitiui modi. Que aũt sunt adiectiua q̃ ita possunt ꝯstrui a pte post cũ infinitiuo dicit iohãnes monachi ꝙ sunt adiectiua que significãt disposit ionẽ ad agere vel ad pati. Illa aũt significant dispositionẽ ad agere vel ad pati que ꝓmptificãt substãtiã ad agẽdũ. vt agilis tenuis. Corpulẽt⁹ aũt ⁊ crassicies indisponũt substãtiã ad agendũ Postea alexãder in textu ponit aliud impedimẽtũ cũ dicit. Que iunges ṽbo iunges ⁊ participãti. Si generi verbi sua significatio fiet. Cõsona: debetur illi ꝯstructio verbi. Sed ꝑsonale suppones rect⁹ habebit. vult talẽ regulã. Participiũ regit a pte post eũdẽ casuz quẽ suũ verbũ a quo descẽdit. vt amãs deũ. ⁊ hoc est verũ si pticipiũ est eiusdẽ significatiõis cui⁹ generis est verbũ a quo descẽdit. Qd̃ dicitur notãter ꝓpt̃ pticipia in ans vel in ens tminata q̃ descẽdũt a verbis cõmunis generis. qa talia nõ regũt eũdẽ casuz a pte post sicut eoꝝ verba. hoc em̃ verbũ osculoꝛ regit indifferẽter actm̃ vel ablm̃. sed osculãs solũ regit actm̃. Et intelligitur hec regula de casu a pte post ⁊ nõ a pte ante. qa verbũ ꝑsonale regit ntm̃ a pte ante. sed in ratiõe suppositi. sed hoc nõ ꝯuenit pticipio. Et est ista regula impedimẽtũ ꝯtra regulã ꝯstructionis verbi ꝑsonalis ꝑ ntm̃. Dictũ em̃ est ante ꝙ post nominatiuũ debet poni verbũ ꝑsonale. hic aũt dicitur ꝙ post nominatiuũ participialem ponitur sepe obliquus participialis.

Notãdũ q̃rto ⁊ vltimo ꝙ alexãder in littera sequẽti cũ dicit. Aut ablatiui p̃eeũt rectore soluti. Aut postponũtur. sed vix interis illos vult talẽ regulã Si in aliqua ꝯstructõe ponũtur ablatiui positi in designatõe ꝯsequẽtie vel absolute positi tũc ab ipis potest incipi ꝯstructio. vel etiã finiri ꝑ ipos. sȝ raro debẽt poni i medio. vt ibi. magistro legẽte pueri ꝓficiũt. Rõ aũt hui⁹ regule quare tales ablatiui aut ꝑponũtur aut postponũtur. qa tales ablatiui ponũtur i designatõe ꝯñe. ⁊ sic ponũtur loco oratõis q̃ habet se vt añs. sȝ añs i differẽt pt ꝑponi vel postponi ꝯñti. siue em̃ dr̃ si sortes currit sortes mouet. vl̃ sortes mouet si sortes currit sp̃ hec ꝑpõ sortes currit ẽ añs.

Est etiã intelligendũ ꝙ tales ablatiui etiã aliquãdo possunt poni in medio. nec alexander hoc negat. ⁊ ergo dixit raro. vt hic ponunt in medio. filius dei volente deo patre redemit mundũ. ⁊ hec regula impedimentũ cõtra regulas ante positas. vt dictũ est ante ꝙ cõstructio debet incipi a ntõ vel vocatiuo. vel a verbo ꝑsonali. hic aũt dicit ꝙ cõstructio debet incipi ab obliquis. vt ab ablatiuis positis absolute Postea alexãder cũ dicit in textu. Appellans verbũ substãtiuumq̃ vel hoꝝ. Vim retinens post se rectũ quandoq̃ȝ locabũt. vult talẽ regulã. Verbũ substãtiuũ: vocatiuũ. vel verba habentia vires illoꝝ verboꝝ requirũt a parte post ntm̃. Exẽplũ de verbo substãtiuo sum homo. De vocatiuo. vocoꝛ cõradus. De verbo qd̃ habet vim verbi vocatiui. ordinoꝛ p̃sbyter. De verbo qd̃ habet vim verbi substãtiui. vt sto erectus. Et est ista regula impedimentũ cõtra regulã p̃dictã in qua dictũ est ꝙ post ṽbũ ꝑsonale debet sequi obliqu⁹. hic aũt dr̃ ꝙ post verbũ ꝑsonale debet poni ntũs. Et subiũgit ꝙ iste modus construẽdi ntm̃ post verbũ nõ solũ cõuenit verbis p̃dictis. sed etiã verbis passiuis que habent ⁊ retinent significationẽ suoꝝ verboꝝ substantiuoꝝ. vt hic. cernit iustus. Et notandũ ꝙ nõ solum verba neutralia ⁊ passiua habent vim ⁊ naturã verbi substantiui. sed ⁊ communia ⁊ deponentia. qa oĩa talia possunt resolui in ꝓpriũ gerundiũ ⁊ in verbũ substantiuũ. De cõi. vt iste osculat falsus. De ṽbo deponenti Ille loquit põposus. id ẽ i loquẽdo ẽ põposus. Istis notabilib⁹ sic stãtib⁹ est

Cõclusio respõsalis. Littera Alexãdri de ordinatione cõstructibiliũ. de impedimẽtis iam enumeratis cõtra regulas p̃dictas est bene assignata. Patet veritas cõclusiõis ex his que dicta sunt.

¶ Arguit p̃mo. Ordo cõstructibiliũ nõ debet incipi a vocatiuo. igit̃ ꝓbatur. Ordo debet incipi a casu. q̃ significat in ratione p̃ncipij. sed vocatiuus nõ significat in ratiõe p̃ncipij. igitur ordo nõ incipit a vtõ Maioꝛ. qa p̃ncipiũ est ante finẽ Minoꝛ est autoris modoꝝ significãdi. Dico verũ argumentũ cõcludit si ntũs ⁊ vocatiu⁹ hic cõparẽtur ad inuicẽ scd̃m rem ⁊ scd̃m significationẽ casualẽ. sed hic cõparantur in ordine ad actũ verbi. respectu cuius vtũs significat ꝑ modũ excitationis.

¶ Arguitur scd̃o. Ordo nõ debet incipi a vtõ. ꝓbatur. qa ordo incipitur ab aduerbio vocandi. vt dicẽdo. o dñe qa ego seruus tuus. Dico ꝙ ordo bene incipit ab aduerbio cũ impedimẽto. sed hic fit mẽtio de inceptione ordinis sine impedimento.

De impedimentis.

¶ Arguit tercio. Post ntm̄ nõ sequitur in debito ordine verbũ ꝑsonale. igitur. Probatur antecedens. quia post nominatiuum sequitur genitiuus. Probatur in ista oratiõe. fili⁹ sortis. Dico verũ est ꝙ ordine generali post ntm̄ debet poni verbũ ꝑsonale. sed hic cõcurrit ordinatio specialis scilicet dictiõis recte post dictionē regentē.

¶ Arguitur quarto. Ordo nunq̃ debet incipi a verbo. ꝓbat sic. maxime ꝙ ntũs deficeret in oratione ⁊ verbum personale poneretur. sed hoc nõ potest fieri. ꝓbatur. posito vno correlatiuoꝝ ponitur ⁊ aliud sed appositũ vt verbũ dicitur correlatiue ad suppositũ vt ad ntm̄. ergo si in oratiõe ponitur appositũ vt verbũ. etiã debet poni suppositũ vt ntũs. Dico verũ argumētũ ꝯcludit ꝙ posito vno correlatiuoꝝ ponitur ⁊ reliquũ expresse vel implicite. licet aliqñ in oratiõe ponit verbũ ⁊ nõ ponit suppositũ expresse. tamē iplicite i tali v̱bo subintelligit

¶ Arguitur q̃nto. Prepositio nõ p̄cedit casuale qḋ regit. igitur vna regula nõ valet. ꝓbatur antecedēs. q̃a sequitur suũ casuale. ꝓbatur in istis mecũ: secũ: pubetenꝰ: cordetenꝰ Dico verũ argumētum cõcludit ꝙ absolute loquēdo ꝑpositio debet p̄cedere casum quē regit. tamē aliquãdo figuratiue potest sequi. ⁊ hoc fit hic per anastrophani.

¶ Arguitur sexto. Infinitiuꝰ nõ potest cõstrui cũ verbo a parte post igitur. ꝓbatur sic. In omi cõstructiõe cõstructibile posteriꝰ debet determinare priꝰ. sed in ꝯstructiõe tali hoc nõ fieret nisi infinitiuꝰ adderetur verbo ꝑsonali a parte post. igitur infinitiuꝰ nõ ꝯstruitur cũ verbo. Maior est nota. Minor ꝓbatur. q̃a infinitiuꝰ significat infinite. ⁊ verbũ indicatiui modi finite. modo infinitũ nõ specificat finitũ. ꝫ potius ecõuerso finitũ specificat ⁊ determinat infinitũ Dico verũ argumētũ cõcludit ꝙ infinitiuꝰ in ordine ad substãtiã a parte ante ꝯsideratus ad quã infinitã ⁊ incertã habet inclinationē nõ potest specificare aliud verbũ. sed infinitiuꝰ ꝯsideratꝰ in ordine ad alios modos. ⁊ sic potest terminare dependentiam significatam ꝑ alios modos. vel vt aliq̃ dicunt ꝙ infinitiuus terminat dependentiam verbi non ratione sui significati verbalis. sed nominalis subintellecti. ⁊ sic ista valet tantũ. volo legere. id est volo lectionem.

¶ Arguitur septimo. Infinitiuꝰ nõ potest assumere ntm̄ a parte post ꝓbatur sic. q̃a prius dictũ est ꝙ debet assumere actm̄. igitur nõ ntm̄. Tenet ꝯsequētia. q̃a idem ꝯstructibile nõ ꝯstruitur a parte ante cũ diuersis casibꝰ. sed antecedēs patuit de regimine acti. Dico verũ argumētũ ꝯcludit ꝙ infinitiuus vt infinitiuꝰ absolute req̇rit actm̄ a parte post in ratiõe suppositi. sed hic ꝯsiderat infinitiuꝰ specialit. q̇ scilicet significat dispositionē vel indispositionē que disponit, vel indisponit

De ordine constructibiliũ ⁊ de impedimentis.

rem ad agendũ ratione cuius ꝓprietatis potest construi cũ nominatiuo a parte post.

¶ Arguitur vltimo. Littera alexãdri est supflua. ergo male posita. ꝓbatur. q̃a alexãder prius determinauit de ꝯstructiõe nti a pte post sibi. Sepe vocãs verbũ sibi vult apponere rectũ. Dico verũ argumētũ cõcludit ꝙ antea alexãder determinauit de ꝯstructiõe nti ⁊ regimine. hic aũt determinat ⁊ ostendit quõ hoc fiat cũ impedimento regularum ⁊ modo construendi.

Quis qualis quantus cuius cuias quot tus ⁊ quot
Missa relatiue penitus precedere debent
Obliquos verbo prelunges missa rogando
Hanc sua iungendi retinent aduerbia formam
Quis proprium nomen: ⁊ que substantia queris
Si proprium noui debet substantia queri
Qua nota proprio tantum de nomine quero
Communi per quis etiam de nomine queris
Quis bonus est aratro bos: quis natat in equore piscis
Questiuus pares optant reddi sibi casus
Cum quia dum donec quoniam similesq̃ preibunt
Nanq̃ relatiuis ius implicitum tenuere
Cunq̃ relatiuis de iure viam parat horum
Precedens decet obliquos quandoq̃ preire
Cum tenet hoc rectus: ac obliquus notat illud
Isti subueniunt sua mater vel pater eius
Verbum multotiens substantiuum petit extra
Nobilis ⁊ fixi naturam nosse decebit
Est adiectiuum vocis vel significati
Solus est generis adiectiuum variatq̃
Cum numero casum velut hic venit vna sororum
Est inter fratres bonus aut de fratribus vnus

Cum diuersorum verbum rectis numerorum
Interponatur/vtrilibet equiparatur
Sermones summi patris est meditatio iusti.

Utrū alie regule de impedimentis cōstructiōis ab alexandro sint bene assignate. Pro intellectione questionis more.

Notandū pmo q alexander cōtinuās in textu impedimenta cōstructiōis ꝛ ponit septimū cū dicit. Quis qualis quantus cuius cuias quottus ꝛ quot. Missa relatiue penit⁹ precedere debent, ꝛ cetera. Et ponit duas regulas. Prima. Dictiōes in littera posite siue teneantur interrogatiue siue relatiue requirunt q eoꝝ obliq transitiue cōstructi debent pponi scdm modū cōstruendi verbis cū quibus cōstruuntur. vt quē vidistis pastores. Dico notāter fm modū cōstruendi. qa que ad regimen reguntur transitiue a parte post. ꝛ ratio regule est ista quare dictiōes interrogatiue pponūtur. qa dictio a parte post cōstructa terminat dependentiā illius cui postponitur sed dictiones interrogatiue sumpte nō possunt terminare dependentiā alterius cōstructibilis. qa significant confuse. qa interrogatiue modo dictio terminans alterius dependentiā significat determinatiue. Ratio huius quare dictiōes relatiue pponuntur. qa includunt naturā cōiunctiōis copulatiue cui repugnat postponi. sed preponi. Ratio hoꝝ aūt quare relatiua includunt cōiunctionē copulatiuā. patet ex regula hugonis q dicit q relatiuū positū inter duo xba ꝛ referēs subiectū resoluit in ꝛ. ꝛ ille. vt iohānes currit q mouet. valet istā iohānes currit ꝛ ille mouet. Scda regula. Aduerbia illoꝝ interrogatiuoꝝ relatiuoꝝ etiā debent pponi suis xbis. vt qualiter habes. quare fecisti. Et pma regula est impedimentū cōtra istā regulā. Tercius hinc casus ꝛ quartus sepe sequuntur. In qua regula dictum est q actūs debet sequi verbū. hic aūt dicitur q debet preponi. Similiter est etiā impedimentū cōtra istā. Subde secūdū casum rectori. Sed secūda regula est impedimentū cōtra istā regulā. Aut verbo subdes aduerbia. in qua dictū est q aduerbiū debet sequi verbum. hic aūt dicitur q aduerbiū debet pcedere verbū. Postea alexander ponit octauū impedimentū cū dicit. Cū qa dū donec quoniā similesq peribūt. Et vult talē regulā. Iste dictiōes cū qa dū donec quoniā ꝛ eis similes in significādo vt aduerbia similitudinis. demonstrandi. optandi eligendi pponuntur suis verbis in cōstruendo. vt cū venerit paraclitus docebit vos omīa. Ratio. qa tales dictiōes habēt naturā relati

ue. Et hoc alexander tagit ibi. Mobilis et fixi naturā nosse decebit. Et ibi ponit diuisionē adiectiuoꝝ dicens q adiectiuum est duplex. Quoddā vocis tm̄. scilicet quod mouetur de genere in genus. sed nō significat aliquā dispositionē accidentalē. vt vnus vna vnū. Et dicit vocis tm̄. qa solū habet terminationē ꝛ vocē nois adiectiui. Similiter pnoia demonstratiua primitiua dicunt adiectiua vocis tm̄. Aliud autem est adiectiuū significati tm̄ quod significat dispositionē accidentalem. nō tamen est mobile de genere in genus. vt epūs magister. Et ex his diuisionibus duabus tanq extremis alexander dat intelligere mediū scilicet q quoddā est adiectiuū vocis ꝛ significati simul. quod scilicet mouetur de genere in genus. ꝛ est connotatiuū alicuius dispositionis accidentalis. vt albus niger. Et vult alexander talē regulā. Aliquando solū adiectiuū cōuenit cū substātiuo suo in genere. ꝛ discōuenit cū eo in numero ꝛ casu. vt vna soroꝝ. vnus fratrum. vna sabbatoꝝ. sed hoc nō est ꝯtra regulā adiectiui ꝛ substantiui. Ratio qa regula intelligit q adiectiuū ꝛ substātiuū debent ꝯuenire in tribus. verū est de adiectiuo non partitiue tento. modo vnus est adiectiuū quod importat partitionem. Et etiā regula intelligit de adiectiuo vocis ꝛ significati simul. modo vnus est adiectiuū vocis tm̄. Uel etiam possumus dicere q in ista. vna soroꝝ. soroꝝ non est substantiuum huius adiectiui vna. sed hoc substantiuū soror subintellectū. ꝛ sic valet tm̄. vna soror soroꝝ. vna sabbatoꝝ. vna die sabbatoꝝ. vnus frater fratrū. Secundū impedimentū contra regulā adiectiui ꝛ substantiui tangit alexander ibi. Sic adiectiuū reperimus sepe locatum. Est coluber factus vel facta mystica virga. Et est hoc. Adiectiuū positum inter substantiua diuersoꝝ generum potest cōformari cū vtroq substantiuo in genere. vt coluber est factus vel facta mystica virga. In quo exemplo hoc adiectiuū factus ponitur inter duo substantiua scilicet coluber ꝛ mystica virga diuersorum generū. ꝛ potest cōformari cū vtroq. Possumus enim dicere coluber est factus mystica virga. vel coluber est facta mystica virga. Dicit enim iohannes ianuensis q adiectiuū positū inter duo substantiua magis proprie conformat se cū sequenti q precedenti. vt bos est vtile animal. tamen hoc fallit in quibusdam participijs. vt cum dicimus. Aqua est facta vinum. Sequitur corollarie q ista est magis congrua. Coluber est factus mystica virga. q illa coluber est facta mystica virga. Patet corollarium in notabili.

Ratio excusans est duplex. Una est ratio qua potest fieri. ⁊ est ydem
ptitas illoꝝ substātiuoꝝ. q̄a idem significat coluber ⁊ mistica virga.
Sed ratio quare oportet fieri est debita exp̄ssio sentētie. q̄a moyses
voluit significare ꝙ coluber fuit factus virga. ⁊ ecōuerso virga colu
ber; ⁊ q̄a vltimo coluber magis virga. ergo dixit mystica virga Ter
ciū impedimentū cōtra hāc regulā tangit alexander cū dixit. Inue-
nies iunctū possessiuo genitiuū. Ut mea defuncte da mollit ossa cuba
re. Et vult talē regulā. Dictio possessiua cōstruit̄ sepe cū gt̄ō rei pos
sesse sub discōformitate ⁊ discōuenientia casus. vt in exemplo p̄dicto
vbi hoc possessiuū mea existens pluralis numeri. neutrius generis.
cōstruit̄ cū illo genitiuo participiali adiectiuali scilicet defuncte sub
diuersitate generis numeri ⁊ casus. Admittit̄ aūt hec ꝓprietas ꝓpt
hoc ꝙ possessiuū includit gt̄m̄ sui primitiui. ratiōe cuius illud posses
siuū potest cōstrui cū gt̄ō adiectiuali. ⁊ ergo ista mea defuncta con-
ceditur loco illius. mei defuncte. tenendo mei in primitiuo in femini-
no genere. Quartū impedimentū cōtra hāc regulā tetigit alexāder
cū dixit. Sunt adiectiui plures in distribuente. Et vult alexander ta
lem doctrinā. Nomen distributiuū singularis numeri addit̄ aliquan
do adiectiuo pluralis numeri sub disconformitate vt hoc totū sup-
ponit ⁊ suppositū reddat respectu verbi pluralis numeri. vt vtraqꝫ
formose me iudice sunt venerande. In quo exemplo hoc distributi-
uū vtraqꝫ singularis numeri. additur huic adiectiuo formose plura-
lis numeri sub disconuenientia numeri. ⁊ totū refert̄ ad hoc apposituȝ
sunt etiā sub discōuenientia numeri. Ratio excusans est cōuenientia
nois distributiui tam cū adiectiuo pluralis numeri q̄ȝ etiā cū verbo
in significato. oīs eīm distributio fit in multa. ⁊ respectu multoꝝ vt
dicūt logici. Quintū impedimentū tāgit ibi. Adiectiuū modo poni
reperimꝰ codē. Pars hoīm validi turres ⁊ menia scandunt. Et vult
talem doctrinā. Adiectiuū sepius in oratione construit̄ cum substan
tiuo nō expresse posito sed subintellecto. vt in exēplo littere. hoc no-
meū adiectiuū validi nō cōstruit̄ cū isto substantiuo pars. q̄a secum
disconuenit in genere ⁊ in numero. sed cōstruit̄ cū substantiuo subin-
tellecto scilicet hoies. valet enim predicta oratio tantū. validi hoies
vel ethyopes qui sunt quarta pars grecoꝝ scandunt turres ⁊ menia
in destructione troye. Uiciū in oratione predicta est discōuenientia
adiectiui cū substantiuo. Sed ratio excusans est aptitudo intelligen
di cōueniens substantiuū cū adiectiuo expresso. Tercia regula con-
tra quā alexander ponit impedimenta. est de supposito ⁊ apposito. ⁊

est ista. Suppositū ⁊ appositū debent conuenire in tribus. in numero
in persona ⁊ in rectitudine casuali. vt homo currit. Et cōtra hāc re-
gulā alexander ponit duo impedimenta. Primū tangit cū dicit. Cuȝ
diuersoꝝ verbū rectis numeroꝝ. Interponat̄ vtrolibet equiparatur.
Sermones summi patris est meditatio iusti. Et vult talem doctrinā
ex littera. Quando verbū substantiuū ponit̄ inter noīatiuos diuer-
soꝝ numeroꝝ. tale verbū potest se conformare tam cū nominatiuo p̄-
cedente q̄ȝ sequente. vt. Sermones summi patris est meditatio iusti
In quo exemplo sermones ⁊ meditatio sunt noīatiui diuersoꝝ nume
rorum. Et illud verbū substantiuū est potest se cōformare cū vtroqꝫ
in numero. Et nō est intelligendū ꝙ idem verbū scd̄m vocē posset se
cōformari cū vtroqꝫ nt̄ō in numero. q̄a tunc idem verbū esset singula
ris ⁊ etiā pluralis numeri. sed est intelligendū ꝙ idem verbū scd̄m se
vel eiꝰ cōdeclinīū cōformat̄ cū vtroqꝫ nt̄ō in numero. Uiciū ⁊ impro
prietas est discōuenientia suppositi ⁊ appositi in numero. Hec eni nō
est congrua. Sermones summi patris est meditatio iusti. Sed ratio
excusans hoc vicium est duplex. scilicet ratio qua potest fieri. ⁊ ra-
tio quare debet fieri. Ratio qua potest fieri est. ydemptitas dictionis
pluralis numeri cū nt̄ō singularis numeri. q̄a idem est dicere in re. ser
mones summi patris. et meditatio iusti. Sed ratio quare oportet fi
eri est expressio sententie scd̄m mentē psalmiste. Uoluit enim dauid
ostendere ꝙ sermones dei sunt multi. ⁊ ꝙ homines dei habent se vni
tate ad illos sermones custodiendos. saltem boni. ergo posuit vnum
in singulari numero ⁊ aliud in plurali numero. Secūdū impedimen-
tū contra regulā suppositi ⁊ appositi tetigit alexander cū dixit. Sūt
adiectiui plures in distribuente. vt prius est dictū. vt in isto exēplo.
Utraqꝫ formose sunt me iudice venerande. In quo exemplo hoc sup
positū vtraqꝫ est singularis numeri. ⁊ appositū sunt est pluralis nume
ri. Sequit̄ corrollarie ꝙ in eadē oratione potest esse impedimentum
cōtra duas regulas gramaticales. vt patet in p̄mo exemplo p̄dicto.
In isto enim exemplo est impedimentū contra regulā adiectiui ⁊ sub
stantiui vt dictū est ante. ⁊ etiā est impedimentū cōtra regulā suppo
siti ⁊ appositi. sed hoc nō est incōueniens. q̄a hoc fit scd̄m diuersos re
spectus ⁊ modos. Istis notabilibus sic stantibus est

Cōclusio respōsalis. Littera alexādri de impedimē
tis cōgruitatis cōtra regulas grāmaticales p̄dictas est sufficienter
assignata. Patet veritas conclusionis ex his que dicta sunt.

¶ Arguit̄ p̄mo. Dictiōes interrogatiue obliqui casus nō debent p̄-

poni suis verbis. igitur conclusio falsa. Probat antecedens. Illud qđ significat transitiue de poni ꝛ construi a parte post. sed dictiones interrogatiue obliqui casus significant transitiue. igit tales dictiones debent cōstrui a parte post. Maior est nota. qa sicut casus q̄ cōstruit intransitiue ponit a parte ante. sic casus q̄ ꝯstruit transitiue debet locari a parte post. Minor est nota. qa ntūs ꝛ vtūs significant intransitiue. obliqui aūt significant transitiue. Dico verū argumentū cōcludit. ꝙ dictiōes ꝛ obliqui interrogatiui quo ad modū cōstruendi ponūtur a parte post. sed quantū ad modū regendi bene regunt a p̄te post.

¶ Arguit secūdo. Littera alexandri est falsa. igit male posita. Probatur antecedens. qa autor dicit in textu ꝙ quis posset teneri relatiue. qđ tamen falsum est. qa qs semꝑ tenet interrogatiue vel infinite. Dico ꝙ alexander nō vult ꝙ oēs dictiones hic posite teneri possunt relatiue. sed vult ꝙ alique. Et sic argumentū nō cōcludit.

¶ Arguitur tercio. Nullū aduerbiū debet ꝑponi suo verbo. ergo littera alexandri nō valet. Probat sic. Omis determinatio debet sequi suū determinabile. sed omne aduerbiū est determinatio verbi. ergo omē aduerbiū debet seq verbū. Maior est nota. qa cōstructibile determinans debet sequi illud qđ determinat. modo aduerbiū determinat verbū. Minor. qa omne aduerbiū est vi verbi adiectiui. vt dicit Priscianus p̄mo minoris. Dico verū argumentū concludit ꝙ quantū est de ratione generali aduerbij tunc omne aduerbiū debet sequi suum verbū. sed si superuenerit specialis ratio tunc nō oportet qđ cōtingit hic in aduerbijs interrogatiuis ꝛ alijs. vt declaratum est in p̄mo notabili.

¶ Arguit quarto. Quis nō q̄rit de sbstātia rei. ergo littera alexādri falsa. Probat sic. qa quis etiā querit de accidente rei. Probat in isto exemplo. Quis color cōgregat visum. respondet niger. Dico veruꝫ argumentū cōcludit ꝙ quis etiā querit de substantia rei. ꝛ dico ꝙ substantia hic debet capi cōmuniter pro essentia. modo accidens etiam habet essentiā ꝛ naturā. licet nō ita ꝑfectā sicut substantia.

¶ Arguitur q̄nto. Littera alexandri nō valet. Probat. Ista littera est male posita que peccat contra p̄ncipia grāmatice. sed littera alexandri est huiusmodi. Maior est nota. qa cōtra negantē p̄ncipia nō est disputandū. vt patet p̄mo phisicoꝝ. Minor patet. qa alexāder dicit ꝙ aliquando adiectiuū conuenit cū substantiuo solum in genere. vt vna soroꝝ. Dico ꝙ nō est contra regulam. qa regula intelligit de adiectiuo vocis ꝛ significati simul. modo ibi est adiectiuū vocis tm̄.

Plasmat: eosq3 marem factor creat ꝛ mulierem
Inuenies positum sine precedente relatum
Ipsa petenda mihi iuno de pellice dixit
Flens magdalena querit si sustulit illum
Indefinite precedens siue relatum
Sepe locas: nullum designans inde locatum
Cuncta timent hominem: quia presidet ille creatis
Et personalem permutat proprietatem
Ut domino benedic aqua que celos super extat
Sed non est nobis imitanda relatio talis
Non des ad vocem quandoq3 relata sed ad rem
Nominis: est bona gens: deus est protector eorum
Adiectiuis modo poni reperimus eodem
Pars hominum validi turres ꝛ menia scandunt
Sunt adiectiui plures in distribuente
Hinc etiam verbum reperis plurale locatum
Utraq3 formose me iudice sunt venerande:
Sed non est nobis constructio congrua talis
Impersonalis fit demonstratio sepe
Sal monstrans dicit: te misit aquis heliseus
Equiualens geminis harum si iungitur vni
Dictio: pro reliqua tantummodo debet haberi
Sic visu cecum: visu dic esse carentem
Quando negatiuum verbo constructio iungit
Obliquum: per non exponere conuenit illum
Aut simul exponi debet constructio tota.

Utrū impedimenta cōtra regulā antecedentis relatiui ab alexandro sint sufficienter assignata. Pro intellectione questionis more notandū p̄mo ꝙ alexander determinauit de impedimē

tis cōtra regulā suppositi ⁊ appositi. ⁊ adiectiui ⁊ substantiui iam in
cipit determinare de impedimentis cōtra regulā relatiui ⁊ antece-
dentis. Et p̄mū tangit cū dicit. Quando relatiuū generū casus vari
orum. Inter se claudunt: qui rem spectant ad eandē. Per genus hoc
poterit vtrolibet assimilari. Est pia stirps yesse que xp̄m credim⁹ esse
Et cetera. Et vult talē doctrinā. Relatiuū positū inter casus diuer
sorum generū. qui casus spectant ad eandē rem. tunc tale relatiuum
potest conformari cū vtroq̄ in genere. vt. Pia stirps yesse est quem
xp̄m credimus esse. In qua oratione hoc relatiuū quē ponit̄ inter di-
ctiones diuersoꝝ generū. scilicet pia stirps. qd̄ est generis feminini. ⁊
christū qd̄ est generis masculini. ⁊ pia stirps ⁊ xp̄m significant eandē
rem. ⁊ potest se cōformare cū vtroq̄ in generē. ⁊ hoc scd̄m se vel eius
condeclineū. q̄a possum dicere. Pia stirps iesse est quā stirpem credi-
mus esse xp̄m. Vel possumus dicere. Pia stirps yesse est quē xp̄m cre-
dimus esse. Ratio excusans hoc viciū est duplex. Ratio qua potest
fieri ⁊ est ydēptitas significati dictionū diuersoꝝ generū vel casuū
inter quas ponit̄ relatiuū. Ratio quare oportet fieri est expressio sen
tentie. Voluit em̄ pphēta exp̄mere q̄ stirps yesse est vnde natus est
xp̄s. Posuit ergo relatiuū in masculino genere vt significaret q̄ xp̄us
esset membrum principale illius stirpis. Si ergo posuisset in femini-
no genere nō ita bene hoc expressisset. sed denotasset q̄ xp̄s fuisset ori
go illius stirpis. qd̄ est falsum. q̄a yesse pater dauid fuit eius origo. li-
cet xp̄s fuit membrū p̄ncipale illius stirpis. Secundū impedimentū
